



## **Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica**

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

**Tanner, Adam**

**Ingolstadii, 1626**

Quæstio VI. De Visione ac incomprehensibilitate Dei, seu modo  
cognoscendi Deum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](#)

ut dictum, sed Trinitas. Dices. Hinc saltem consequi, maiorem esse unitatem unius cuiuslibet personæ diuinæ, quam naturæ: quia hæc admittit pluralitatem personarum; quam illa excludit. Respondeo, negando assumptam sequelam. Cum enim ratio summae unitatis consistat in negatione omnis divisionis, seu multitudinis realis, tam actualis, quam potentialis, iam vero & Deus, sive natura diuina, & persona qualibet, ex aequo careant omni divisione & diuisibilitate à parte rei, non potest viritas perfectior & maior esse vius, quam alterius. Nec pluralitas impedit unitatem rei, nisi quæ vel rem ipsam à parte rei diuidit, vel constituit, vel saltet,

cum ea compositionem facit: quorum nihil Trinitati personarum conuenit, respectu naturæ diuinæ; neque enim vel natura diuina ea Trinitate diuiditur, aut plurificatur: neque constituitur; neque una cum ipsa compositionem ullam facit; sed cum tribus personis ipsa, in se una & simplicissima existens, perfectissime identificatur, ut dictum supra quæst. 2. dub. 1. de simplicitate Dei, & magis patebit in materia de Trinitate. Vnde etiam S. Bernardus lib. 5. de consid. cap. 7. & 8. ait; inter omnia, quæ una dicuntur, arcem tenere unitatem Trinitatis, quæ tres personæ in una substantia sunt.

## QVÆSTIO VI.

### De Visione, ac Incomprehensibilitate Dei, seu modo cognoscendi Deum.

S. Thomas I. p. q. 12. aa. 13.

**A**bsolutetur haec questio duodecim dubitationibus. I. An Deus clare & intuitiuè ab intellectu creato videri possit; & an etiam oculis corporeis; ac in hac vita. II. An Deus videatur, aut quidditatuiè videri seu cognosci posset, per aliquam similitudinem vel speciem creatam, seu cognitione abstractiatiuè; seu intuitiatiuè; etiam secundum potentiam absolutam. III. An intellectus creatus videre Deum possit, naturalibus viribus; an potius indigeat ad hoc supernaturali aliquo lumine & habitu, etiam secundum absolutam Dei potentiam. IV. Viru visso effectiuè procedat ab intellectu beati; & quodnam in eâ re sit proprium munus luminis glorie. V. An, & quānam ratione, videntium Essentiam Dei, unus alio perfectius Deum videat. VI. Vrum Deus etiam comprehendi possit ab intellectu creatus; & in quo haec Dei Incomprehensibilitas consistat. VII. Vrum videntis Essentiam Dei necessariò videat etiam relationes, seu personas; & omnia, quæ sunt formaliter in Deo. VIII. An à beatis, in Deo, seu Verbo, videri possint etiam creature, & de cœta libera diuine voluntatis. IX. Quānam ratione & modo in Verbo videantur creature; & unde oriatur diversitas visionis creaturarum in Verbo. X. Quæ, & quandomani à beatis singulis in Verbo videantur creature. XI. Vrum saltem per absolutam Dei potentiam à creato intellectu videri possit Deus, non visu illa creaturæ. XII. Vrum per absolutam potentiam scripi possit, ut in Deo, seu Verbo videantur omnia, quæ in Deo eminenter continentur. Ex quibus quatuor priores dubitationes pertinent ad causam efficientem visionis Dei; quinque vero & sexta ad ipsam per se visionem, seu modum visionis; sex postrema ad obiectum visionis.

## D V B I V M I.

*An Deus clare & intuitiuè, seu quidditatuiè ab intellectu creato videri possit; & an etiam oculis corporeis; atq. in hac vita.*

S. Thomas I. p. q. 12. a. 1. 3. 11. 12. & 13.

& quomodo à nobis ea perfectio cognosci possit. Quia in superioribus, inquit, considerauimus qualiter Deus sit secundum seipsum; restat considerandum, qualiter sit in cognitione nostrâ; id est, quomodo cognoscatur à creaturis.

Sed quia revera etiam Deus passim in Scripturis, & à SS. Patribus vocatur Invisibilis & Incomprehensibilis; non immerito potest hac quæstio ad peculiares attributi tractationem referri; latiori nimis rursum aliquo significatu attributi, ut dictum supra initio huius disputationis, & quæst. 2. dub. 1.

Ad quem etiam modum Gregorius de Valentia, hic initio quæstionis 12. hanc quæstionem referri putat, ad explicandam de Deo passionem illam Entis, quæ dicitur *Vrum*; cum alioqui S. Thomas de veritate, prout Deo competit, speciatim ac ex instituto vix agat; licet agat de vero q. 16. in quantum est obiectum diuinæ scientiæ.

Vt &c

Vt autem quæ in hac materiâ deinceps dicenda sunt, intelligantur, Notandum est, vocabulum *videre*, licet primâ nominis impositione oculis solum corporeis conueniat, in quibus est visus, seu potentia videndi; id tamen etiam ad intellectum traductum esse, & quidem vñ loquendi adeo recepto, vt videri iam propemodum etiam possit propria vtrâque significatio: quemadmodum ex S. Augustino epist. 112. recte notauit Suarez 1. p. lib. 2. de Deo cap. 6. num. 1.

Et licet ea intellectus visio in Scripturâ nonnumquam latè accipiat, pro qualibet cognitione rei certâ, quamvis obcurâ, iuxta illud 1 Corinth. 13. v. 12. *Videmus nunc per speculum, & in enigmate; vbi de fidei cognitione sermo est: propriètamen, & hoc loco, videre dicitur intellectus illud solum, quod non per medium creatum prius cognitum, & quasi per speculum, & in enigmate, seu per quandam prius cognitus imaginem, similitudinem, vestigium, aut effectum quendam; sed veluti præsens in seipso, absque alio medio cognito (est) intercedant species, tanquam ratio cognoscendi, ut etiam in visione oculorum accidit) clare conspicitur & intelligitur.*

**3** Quod ipsum est etiam videre seu cognoscere aliquid quidditatue, sed per suam essentiam; vt h̄c q. 12. a. 1 loquitur S. Thomas: non vt vocula, *Per essentiam, dicit rationem videndi; de hoc enim agit ipse, a. 2 & nos dubio sequenti; sed ut dicit ipsum obiectum primarium, & rem immediatè atque in seipso visam, vt recte notarunt Caietanus hic codem. 1. & Molina disp. 1. Eadem cognitio vocatur etiam intuitiva; quia rem quasi præsentem, & coram existentem, in seipso intuerit; ad differentiam abstraciue: quâ res velut absens, aut certè velut præstantiali existentia abstrahens cognoscit; qualem cognitionem Viatores de Deo habent; de quâ replura dub. seq.*

Hoc posito, de propositâ dubitatione varij fuerunt olim quorundam errores. Primo enim quidam absoluè negârunt, Deum à creaturâ, seu ab intellectu creato vnquam videri posse. Tribuitur hic error Armeni apud Armacanum lib. 14. qq. Armen. cap. 1. Guidonem Carmelitam de hæretibus, Castro V. *Beatus hæres 1. & Prateolum V. Armeni;* licet nec Nicephorus lib. 18. cap. 53. hunc inter eorum errores connumeret; & Sanderus lib. 7. Visibilis Monarch hæres 118. eos de tempore solitudo iudicij diem præcedente locutos existimet. Eadem sententia tribuitur Abaillardo, & eius socio Arnaldo, apud Castro loco citato; item Almarico apud Prateolum ibidem, & apud Turrecrematam lib. 4. de Eccles. cap. 35. & fuitiam olim absque authoris nomine relata & impugnata à S. Gregorio lib. 18. Moralium. c. 38. Tribuitur etiam multis SS. Patribus, præfertim Gracis; sed immerito, vt dicemus.

**4** Secundò alij, in altero extremito versati, dixerunt, Deum etiam in hac vita, & quidem secundum ordinariam Dei legem, videri posse. Ita Begardi & Beguina, damnati Clement. *Ad nostram, de hæreticis;* præter veteres Anomæos, qui etiam à se in hac vita comprehendî essentiam diuinam dicebant, vt dicitur dub. 6.

Tertiò quidam existimârunt, Deum etiam oculis

corporeis videri posse. In quibus fuerunt Anthro-pomorphitæ; de quibus dictum supra q. 3. dub. 1. Et dubitauit etiam nonnihil aliquando haec dñe, alio tamen sensu, vt dicetur, S. Augustinus lib. 22. de civit. Dei cap. 29.

Assertio I. Potes Deus, seu essentia diuina, ab intellectu creato quidditatue & intuitiue cognosci ac videri; ac recipi a beatis ita videtur. Ita S. Thomas hic q. 12. a. 1. & in 4. dist. 49. q. 2. a. 1. & lib. 3. cont gent. cap. 50. 54. 57. & de verit. q. 8. a. 1. & omnes Scholastici suis locis ibidem: & est deinde, vt dicimus. Probatur primò aperte Scriptura testimonij. Matth. 5. v. 8. *Beatus mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Matth. 18. v. 10. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in celo est.* Ioan. 14. v. 21. *Manifestabo mihi ipsum illi.* 1 Cor. 13. v. 12. *Videmus nunc per speculum in enigmate; tunc autem facie ad faciem.* Nunc cognoscere ex parte, tunc autem cognoscere, scit ut cognitus sum. 1. Ioan. 3. v. 2. *Charismi, nunc filii Dei sumus; & nondum apparet, quid erimus, scimus, quoniam cum apparet, similes erimus; quoniam videbimus cum sicuti est.* Apocal. 22. v. 3. *Et servis eius servient illi.* Et videbunt faciem eius, &c. Vbi non solùm ex ipsis verbis, sed etiam ex adiunctâ scriptis antithes, sat patet, sermonem esse de clara visione.

Secundo probatur ex definitione Ecclesie. Nam Euarisius Papa epist. 1. disertè affirmat, Dei substantiam à beatis videri. Concilium Francofortense epist. ad Episcop. Hispanie ait: *Predicemus Christum unum Deum & virum, & verè filium Dni; ut inde beatissimam visionem perire mereamur, in qua est aeterna beatitudo.* Item in Extraugante Benedictus, quam referunt Maior in 4. q. vlt. & supplementum Gabrielis in 4. dist. 49. quaest. 2. a. 3. & Alphonsus à Castro loco citato ait Pontifex: *Videbunt diuinam essentiam immediate, se bene, clare, & aperte illis ostendentem.* Et infra, vocatus hæc visio facialis & intuitiva. Denique in Concilio Florentino self. vlt. in decreto Eugenij dicitur: *Beatas animas clare intueri Deum trinum & unum sicuties.* Vnde licet S. Thomas hic q. 12. a. 1. plus non dicat, quâm priorem opinionem (anobis superius primo loco relatam) inconvenienter defendi, tamen ibidem art. 2. eam merito vocatione erroneam, & quaest. 8. de verit. a. 1. hæreticam.

Tertiò probatur assertio ex communî doctrinâ SS. Patrum, qui ita expressè docent: speciatim Dionysius cael. hier. cap. 4. Martialis epist. ad Tolosanos cap. 27. Origenes 1. Periarchon. cap. 1. Irenæus lib. 18. cap. 58. Gregorius Nazianzenus orat. 25. in fin. Epiphanius hæres 70. Gregorius Nyssenus orat. 6. de beatitudinibus, Ambrosius lib. 1. in Lucam, super illa verba, *Apparuit ei Angelus Domini.* Augustinus lib. 12. super Genes. ad lit. cap. 34. & epist. 111. & 112. & lib. 14. de Trinit. cap. 8. & lib. 22. de civit. cap. 29. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 36. & Bernardus serm. 31. in Cantica.

Nec obstat, quod multi SS. Patres, vt & complura Scriptura, quæ inferius referuntur, testimonia, negant Deum à Creaturâ videri. Hæc enim aliquo horum modorum intelligenda sunt, vt vel 1. significant tantum, Deum non posse oculis corporeis certi: vel 2. non posse naturaliter videri: vel 3. non posse in hac vita videri: vel 4. denique non posse ita videri, vt comprehendatur. Quo modo in specie ad Chry-

Chrysostomum homil. 14. in Ioann. hac in re diuinius aliquanto (dum contra Anomaoes in altero extremito constitutos liberius dixerit) locutum recte responderet S. Thomas hic q. 12. a. 1. ad i. quem alij Theologi communiter sequuntur.

Etsi Vasquez 1. p. disp. 37. cap. 3. & 5. non illum solum, sed & Theodoretum, Basilium, Epiphanius, Cyrillum, Alexandrinum, & Hierosolymitanum, Euthymium, Theophylactum; imo & Ambrosium, ac Hieronymum, maiori, quam per est, studio, de eo errore suspectos reddat. Hos Patres, inquit num. 11. si sinceri loqui velimus, vix possumus in bonum sensum interpretari.

Sed recte Suarez loc. cit. Non est, inquit, verisimile, tam aperius errorum, & scripture manifeste contrarium, communis sensu anteriorum Parvum receperum fuisse. Fuisse enim intolerabilis lapsus: nec in eis inueniuntur verba, quae dictam piam expositionem admittunt. Et Gregorius de Valentia hic q. 12. punc. 1. Cam sint, inquit, aliqui expressa testimonia scripture, que assertunt, Deum ab hominibus & Angelis videri posse, ut Epiphanius presertim, & Ambrosius, & Augustinus, & Gregorius loci cit. agnoscunt, nullo modo putandum, aliquam Orthodoxorum voluisse, id omnibus modis negare.

Quarto probatur assertio ratione, fidei principiō nixa. Quia procul dubio finis creature intellectuali diuinitus præfixus non est impossibilis: sed in clara visione Dei consistit finis naturæ intellectualis, siue adæquate, siue inadæquate, ut tomo 2. disp. 1. q. 2. dub. 3. suo loco docetur. Ergo, &c. Addit S. Thomashic q. 12. a. 1. aliam rationē, petiam ex appetitu naturali (elicto) visionis Dei: sed quæ ratio magnas patitur difficultates, & cit. tom. 2. disput. 1. quest. 5. dub. 1. examinabitur. Interim ipse Caecutanus ibidem fateretur, eam ex solis principijs naturæ non esse efficacem.

Imo verius est, non posse naturali ratione probari possibilitatem huius visionis, ut recte docent Suarez loc. cit. n. 12. Molinahic q. 12. a. 1. dub. 1. & supra q. 1. a. 1. dub. 3. post Gabrielem in 4. dist. 49. q. 1. a. 3. eti quidam recentiores contrarium sentiant; quietiam pro se adducunt S. Thomam hic, & lib. 3. cont. genat. cap. 5. 1. & Scotum in 4. dist. 49. quest. 8. Ratio est. Quia vniuersum terum intrinsecè supernaturalis, eo ipso, quod supernaturales sunt, existentia, vel possibilis, nullum habet naturale medium, ex quo probetur; ac proinde sine reuelatione sciri & cognosci non potest. Plura loco citato.

Assertio II. Deus, siue Essentia diuina, oculis corporeis videri nullo modo potest, etiam secundum absolutum Dei potentiam. Ita S. Thomashic q. 12. a. 3. & in 4. dist. 49. q. 2. a. 2. & communis omnium Theologorum ibidem; ac planè certa sententia, eti diuero gradu. Nam ut recte notauit Suarez 1. p. lib. 2. de Deo cap. 6. num. 3. tripliciter intelligi potest, Deum esse visibilem corporalibus oculis. Primo tanquam obiectū ex se sensibile, ac proportionatum corporali visui; & hoc modo de fide certum est, Deum inuisibilem esse corporalibus oculis, contra Anthropomorphitas, apud Epiphanius hæresi 70. & contra veteres Idololatras, apud Athanasium orat. cont. Idola, & apud Cyprianum lib. de Idolorum vanitate. Ratio est, Quia Deus Spiritus est, non corpus, ut dictum supra quest. 3. dub. 1.

Secundo potest Deus corporalibus oculis visibili existimari, non tanquam per se corporeus, & naturaliter proportionatus potentia visiva; sed quia, hæc certe supernaturali Dei munere & concursum, ad visionem obiecti spiritualis elevari possit. Ethoc sensu non est quidem res de fide certa; cum ipsem S. Augustinus lib. 22. de ciuit. Dei cap. 29. ea de re dubitauerit, ut dictum, & quidem in sententiā affirmantem magis propendendo, an non id recipia in Beatis eveniat, ut notauit etiam S. Thomas hic quest. 12. a. 3.

Sed & Gregorius de Valentia hic q. 12. punc. 8. Non satis, inquit, confare videtur, implicare contradictionem, ut potentia aliqua sensitiva sic à Deo condatur, ut vel natura sua, vel saltem dono aliquo gratuito superaddito, valcat non solum obiecta sensibilia corporalia, sed etiam aliquod obiectum spirituale, atq. adeo Deum ipsum percipere.

Verum nihilominus sentendum est, assertionem, etiam hoc sensu, esse quasi Theologicè certam; ita ut Suarez num. 5. dicat, non posse quidem dici dogma fidei, proxime tamen ad illud accedere. Et Vasquez disp. 40. num. 2. ait: Tamen si neque scripture, nec Conciliorum, nec Patrum testimonij expresse definitum sit, non posse Deum oculo corporeo videri; id tamen adeo effaciacione naturali probatur, ut oppositum error manifestus debeat indicari.

Probatur primo ex Scriptura, absolute afferente, Deum esse inuisibilem; id quod in primis propriè, ut sonat, adeoque de oculis corporeis vel maxime intelligentem est. Sic autem habetur i. Timoth. 1. verlu 17. Regi seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria. Et ibidem cap. 6. verlu 16. Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit; sed nec videre potest. Hebr. 1. 1. verlu 27. Fide (Moyles) reliquit Egyptum, non veritus animositatē Regis. Invisibilem omnia tanquam videntis sustinuit.

Secundo idem docent SS. Patres, præcipue Athanasius loco citato. Ambrosius sermo octauo in Psalm. 118. & consentit Augustinus Epistola sexta. 111. & 112. eti, ut vidimus, alibi dubius.

Tertio idem probatur naturali ratione evidenter: quia nulla potentia ferri potest extra latitudinem sui obiecti adæquati, cum ab eo specificetur. Incorporatum Ens autem est extra latitudinem obiecti cuiuslibet potentia corporeæ; & imprimit etiam visus; cuius obiectum adæquatum est color latè sumptus: Ergo, &c. Quo argumento etiam S. Thomas hic probat, nec interno quidem sensu videri, aut cognosci Deum posse; & apparitiones his sensibus factas semper in aliqua forma sensibili accidisse.

Et confirmatur. Quia aliqui multo magis dici posset, secundum ab solutam Dei potentiam, à visu percipi posse sonum, aut odorem; aut etiam à lapide hæc omnia; cum oculus corporeus æque parum proportionis habeat ad cognoscendum obiectum incorporeale, quam lapis ad cognitionē ullam.

Ex quibus etiam tertius modus refellitur, quo aliquis dicere posset, Deum esse visibilem oculo corporeo; videlicet non quidem per eum visum, quem de facto Deus creavit, sed quem facere posset,

alterius ordinis, habentem vniuersalium obiectum, sub quo etiam immaterialia comprehendantur; quam etiam opinionem tanquam non omnino improbabilem, vidimus insinuari a Gregorio de Valencia loc. cit.

Verum & hoc fictitium videtur, & ch. meritum, vt loquitur Suarez loc. cit. num. 6. quia hoc est confundere intellectum cum sensu; & præcludere viam, ad distinguendum intellectum à sensu; & ad probandum intellectum intrinsecè esse spirituale facultatem. Cum enim potentia quælibet specificetur ab obiecto; certè si sensus idem obiectum habet, aut habere potest cum intellectu; non erit, unde ab intellectu distinguatur: & si potentia aliqua corporea potest tendere in obiectum spirituale; nullum ex rei natura suppetet argumentum, quo directè probemus, intellectum esse intrinsecè spirituale potentiam. De qua præter citatos plura etiam Albertinus tom. I. Princip. Phil. 1.

**10** **Affirmatio III.** Tamen si quidem secundum absolutam Dei potentiam nihil obstat, quo minus Essentia diuina etiam in hac vita à pura creatura intuitu videatur; secundum ordinariam tamen Dei legem, id fieri nullo modo potest. Vtraque pars est S. Thomæ h̄c q. 12. a. 11. & in 4. dist. 49. q. 2. a. 7. & de verit. q. 10. a. 11. & 3. cont. gent. cap. 45. & communis omnium Doctorum ibidem suis locis.

Et prior pars ex eo pater; quia cum intellectus creatus beatu, ac viatoris, sit eiusdem naturæ ac rationis; certè si vnu à Deo eleuari potest ad intuitu vñionem Dei, etiam poterit alter: cum in hoc nulla sit repugnans peculiaris; nec etiam vñum promissum, aut vñiversalis lex diuina obstat, quin id absoluē loquendo fieri posset, in aliquo casu particulari, vñ in alijs etiam sapientiæ materijs, leges & ordinationes Dei generales, non impudent exceptio-nes Dei particulares.

**11** Secunda pars assertoris contra Anomæos, & Be-guards superioris relatos, est de fide ex Clementina Ad nostrum, de hereticis, vt recte Suarez lib. 2. cap. 30. num. 3. Probatur aperte ex Scriptura Exod. 33. v. 20. Non videbit me homo & vñiet. Ioann. 1. v. 18. Deum nemo vidit unquam; vñigenitus ipse enarravit. Ioan. 6. v. 46. Omnis qui audivit à Patre, & didicis, vñit ad me: non quia Patrem vñit quisquam, nisi quis est à Deo, hic vñit Patrem. 1. Tim. 6. v. 16. Quemne-mo hominum vñit: sed nec vñdere potest. Quæ loca in-primis de ordinaria potentia Dei loquuntur. Idem docent SS. Patres, Epiphanius heresi 70. Chrysostomus homil. 14. in Ioann. Ambros. lib. 1. in Lucam cap. 1. & serm. 8. in Psal. 118. Gregorius Nazianzenus Tract. de fide sub fin. Augustinus epist. 112. Gregorius lib. 18. Moral. cap. 36.

Idem probat ratio S. Thomæ. Quia modus cognoscendi sequitur modum essendi: cum ergo anima nostra in hac vita habeat esse in corpore, non potest cognoscere quicquam, nisi ministerio sensuum; ac proinde non nisi entia corporea, & quæ ex his discurrendo colligi possunt; adeoque & Deum quidem ipsum, & entia spiritualia; sed non nisi per species alienas rerum creaturarum sensibilium; quod non est videre essentiam Dei, aut rerum eiusmodi incorporearum, vt ex notione nominis initio explica-pater.

Et confirmatur idem signo à posteriori. Quia anima nostra, quantò magis in somno, aucteriatione mentis, à sensibus abstrahitur, eò capacior fit ad cognoscenda spiritualia; & reuelationes ac praeuisiones futurorum percipiendas: nimis rursum secundum notitiam apprehensuam, non iudicatiuam, vt recte notarunt Caietanus h̄c q. 12. a. 13. & Gregorius de Valencia pun. 7. contra Scotū in 4. dist. 45. q. 2. vbi immerito eam S. Thomæ doctrinam fugillat, quasi sapiat doctrinam Mahometicam. Ergo signum est, vitam hanc sensibilem non esse idoneam, secundum ordinariam Dei legem ad videndum Deum.

Quod autem dicebat Jacob Genes. 32. v. 30. Vidi Deum facie ad faciem, aliaque similia, referenda sunt ad figuram, seu imaginem aliquam sensibilem, vel imaginariam, in qua se Deus representauit, vt ex S. Dionysio cap. 4. cœl. hier. recte notauit S. Thomas codemart. 11. ad 1.

**12** **Affert. IV.** An autem extraordinario priuilegio, saltem ad breve tempus, alicui homini puro in hac vita concessa fuerit intuitua cognitio, seu visio Essentie diuina, planè incertum est; & vt de Moys. & Apostolo Paulo, ac imprimis de B. Virginis Dei matre, idvideri potest probable; ita de ceteris non est admittendum.

Probatur & declaratur assertio. Nam affirmatiuam quidem sententiam tradunt S. Augustinus lib. 12. super Genesin ad lit. cap. 26. 27. & 28. & epist. 112. & S. Thomas h̄c q. 12. a. 11. ad 2. & 2. q. 174. 3. art. 3. & 4. Itē Caietanus, & recentiores Thomistæ ibidem, cum paucis Scholasticis, & pluribus Commentatoribus Scripturæ, nominatum de Moyse & Paulo; quibus maiori ratione adiungi posset. Mater Dei ē vñ recte Vasquez disp. 36. cap. 2. num. 5. ex consequenti ratiocinatur.

Sed negatiuam sententiam vniuersalim tradunt Evaristus Papa epist. 1. Dionysius cœl. hier. cap. 4. & Epist. 1. ad Caium, Irenæus lib. 4. cap. 37. Tertullianus lib. 2. Periarchon cap. 4. Nazianzenus orat. 34. sive 2. de Theolog. Gregorius 18. Moralium cap. 27. Beda qq. in Exod. quest. 42. & plures alij, quos absoluē & vniuersalim sequuntur Molinahic q. 12. a. 11. d. 2. & Vasquez d. 55. & 56. vbi rem. Hanc accuratè examinat. In eam sententiam quoque magis propendit Suarez loc. cit. num. 15. simul existimans n. 8. vñionem hanc ex naturâ rei non impedit officia sensuum, etiam in corpore corruptibili; contra Augustinum, & S. Thomam locis citat. Vtramque vero sententiam velut probabilem tueretur Gregorius de Valentia h̄c punc. 7.

**13** Sanè affirmatur nec ex Scriptura sacrâ, nec ex Ecclesiæ autoritate, vel sensu satis probatur; vt proinde nullum sit firmum fundamentum, faciendo hoc loco exceptionem à generali lege Dei, ac testificatiōne ipsius S. Ioannis Euangelista, & Apostoli Pauli, etiam post raptum Pauli, solum Christum ab ea lege excipientium, vñ superius relatum.

Illud quidem Exodi 33. v. 19. Egoo offendam tibi omnia bonum, non ad statum huius vitæ, sed futurę pertinet, vt ex consequentibus colligitur. Illud Num. 12. v. 8. Oread loqueri ei, & palam, & non per enigmata, & figuratas, Dominum videt; refertur ad apparitionem Dei sensibilem in humana formâ valde familiari; vt in-

in simili dicitur Exodi 33. v. 11. *Loquobatur Dominus ad Mosen facie ad faciem; sicut solet loqui homo ad amicum suum.* Neq; verò ibi facies significat claram Dei visionem, cum hoc sensu ea Moysi ibidem v. 20. denegetur.

S. Pauli *verò raptus 2. Cor. 12. v. 2. & 3.* intelligitur de singulari aliquia reuelatione; sive ea contingit in triduo illo statim post conuersationem. Actor. 9. vt nonnulli volunt; vel aliquot annis post, vel alij existimant.

## D V B I V M II.

*An Deus videatur, aut videri, seu quidditatù cognosciposset, per aliquam similitudinem & speciem creatam, seu cognitione intuitiva, seu abstractiva; etiam secundum potestiam absolutam.*

S. Thomas 1. p. 17. a. 2.

**D**plex hic controuersia Scholastica excutientia proponitur; vna communis; anne Deus ab intellectu beati per aliquid speciem, sive similitudinem creatam intuitiuè videatur, aut saltem videri possit; altera particularis cum Scoto; anne possibiliter species impressa, qua Deus cognitione quidditativa, non quidem intuitiva, sed abstractiva clare cognoscatur.

Et quodad primā controuersiā attinet. Notandum est, quadruplicem distinguere posse similitudinem creatam, de qua quāri potest; an per eā Deus clarè & intuitiuè videatur; Prima dicitur impressa, quia imprimitur intellectui; & est species intelligibilis; secunda dicitur expressa; tum quia per intellectū quasi exprimitur & formatur; tum quia actualis & expressa similitudo est rei visi; & est ipsa notitia, vt qualitas, seu verbum mentis, per actionem intellectus expressum; tertia vocatur obiectiva, quia per modum imaginis prius ipsa obiecti & cognoscit debet, quam in ea, aut per eam aliud cognoscatur; vnde etiam, vocatur medium cognitum: quarta est similitudo quædam Dei, seu intellectus diuinus, non in representando, sed in essendo, per participationem & convenientiam in viritate intelligendi; quia se tenet non ex parte obiecti, sed subiecti, sive potentiae, vim ei conferens videndi essentiam diuinam; quam S. Thomas hic q. 12. a. 2. docet esse ipsum lumen gloriae.

Hoc posito, in praesenti non est controuersia vlla de similitudine obiectiva, seu per modum medijs cogniti; hanc enim ad videndum Deum, nec re ipsa concurrere; nec in visione Dei intuitiva, etiam de absoluta potentia Dei, possibilem esse fatentur omnes: cum hoc ipso, quod res aliqua per medium cognitum, saltem creatum, cognoscitur, non cognoscatur intuitiuè in seipso. Et hoc minimum probantur rationes S. Thomæ quest. 12. a. 2. vt fatetur Vazquez disp. 39. cap. 2. & disp. 38. cap. 4. vbi etiam num. 24. recte addit; si quod tale medium, etiam solo numero distinctum sit ab obiecto cognito, habens alioqui candem perfectionem specificam.

cum obiecto, (quod ipsum tamen respectu Dei impossibile est) non posse hoc in intuitiuè videri.

Neque etiam in proposito quæstio est, de similitudine quasi in essendo, ex parte intellectus; de hac enim agitur apud S. Thomam art. 5. & à nobis dub. 3. Erat utramque etiam prædictam similitudinem exclaudendam in titulo diximus, an videatur Deus per similitudinem & speciem creatam; hoc est, per similitudinem, quæ sit species. Solum ergo quæstio est de duplice alia similitudine, nimis de specie expresa, & impressa, de qua quætitur, non solum a de facto detur, sed etiam an sit omnino possibile.

In qua quæstione, prima sententia simpliciter negat, in visione Dei, aut re ipsa interuenire, aut etiam possibilem esse speciem Dei creatam, sive impressam, sive expressam. Ita docent Henricus quodlib. 3. q. 1. & quodlib. 4. q. 8. Caetanus 1. p. q. 27. a. 1. Zumel, & recentiores Thomistæ hic q. 12. a. 2. vel quæst. 27. a. 1. & citant pro se S. Thomam cit. a. 2. Eandem sententiam, quoad speciem expressam, problematicè defendit Torres 1. p. quæst. 27. a. 1. disp. 5. dub. 4. certus interim, speciem impressam Dei nullo modo esse possibilem. Adducuntur autem præcipue in eam sententiam; quia non satis defendi posse existimant, speciem Dei impressam in visione non esse possibilem, si detur species eiusdem expressa.

Secundasententia est altero extremo; que docet, re ipsa visionem Dei fieri per speciem Dei tamen impressam, quam expressam. Ita Vazquez 1. p. disp. 43. n. 4. 32. 33. vbi etiā docet, speciem impressam esse ipsum lumen gloriae; ac simul d. 39. multis conatur S. Thomam q. 12. art. 2. & alijs in locis, in eandem sententiam pertrahere; sed frustra; contradicentibus non solum tam Sectatoribus, quam S. Thomæ aduersarijs omnibus; sed etiam ipsis apertissimis verbis, & toto contextu orationis, vt pluribus ostendit Suarez lib. 2. de Deo cap. 13. num. 5. vbi eam explicacionem, velut incredibilem, & quæ apertam vim inferat verbis S. Thomæ, aliaque etiam plura & grauiora absurdia imponere eidem cogatur, fuisse refellit; vt in retam manifesta minime opus sit pluribus laborare.

Huic sententia, visionem Dei fieri per speciem, impressam, fauet etiam Richardus in 3. diff. 14. a. 1. q. 3. vbi sentit, eam sententiam esse probabilem, posito, quod visio fiat ab intellectu; idemque refert etiam alios sensisse. Fauet etiam Scotus infra, & in 4. diff. 49. q. 11. vbi ait, rationes, quibus probari solet, non dari talem speciem, nihil probare; quamvis interim ipse non dicat dari.

Citatur quoque in eandem sententiam Aureolus ex Capreolo in 4. diff. 49. q. 5. a. 2. Sed Aureolus in libro sentit, de hac re nihil habet. In quodlibetis, que citat Capreolus, quodlib. 18. a. 1. solum dixit; si debeat tolli species, & beatifica visione, hoc non facere, nec rationem facialis & clara norit; nec finitatem seu limitationem creatæ speciei, propter opinionem (S. Thomæ) que tresrationes alegant, &c. Quocirca in specie eiusdem rationes refellit; non tamen ideo sentit, dari speciem; immo art. 2. expressè docet, non videri Deum, per aliam creatam similitudinem, aut speciem, quam per ipsam actum visionis, & vniuersam in nulla intellectione vel cognitione dari speciem distinctam à cognitione.

Addit Suarez lib. 2. c. 12. n. 2. multos Theologos idem sensisse, & Zumel q. 12. a. 2. d. 2. ait, esse plurimos Theologos, ita docentes, quos referat Capreolus; cū tamen nec iste, nec Aquarius in additionibus ad eundem, plures referat quā Aureolū & Scotum; & hoc ipsum tamen non recte, vt dictū. Vnde plane videtur ea singularis esse sententia; cum nullus ex citatis eam absolute & simpliciter vt veram defendat prēter Vasquez. Multō minus quisquam dixit, speciem intelligibile esse ipsum lumen gloriae, vt dicatur dub. seq.

Tertia sententia est, re ipsa quidē visionē non fieri per speciem, nisi expressam; secundum absolute tamen Dei potentiam, etiā impressam non esse impossibile. Ita præter Scotū, Aureolū, Richardūl. cit. docet Gregorius de Valeria hic q. 12. pun. 2. Molina a. 2. d. 1. Suarez lib. 2. c. 13. quos alii quida recētores sequuntur.

Quarta sententia est, visionē fieri quidē per creatā speciem expressam; impressam autē etiā secundū absolute Dei potentiam esse impossibilem. Ita sentiunt Marsilius 3. q. 10. a. 2. Durandus 4. d. 49. q. 2. Capreolus 1. d. 27. q. 2. a. 3. Sotus 4. d. 49. q. 2. a. 3. Ferrarensis 1. cont. gent. c. 63. eiusdemq; posteriorē partē sequitur; priorē verò problematicē defendit Torres I.c. & est sententia S. Thomas, quoad vitramque partem, vt inferius dicemus.

Iam verò quodattinet ad alterā controvēsiā, est sententia Scoti 2. d. 3. q. 9. & in quodlib. q. 6. & 7. vbi diuidit cognitionē Dei quidditatiam in abstractiuam, quæ abstrahit ab existētia: quaq; adeo Deus non cognoscitur, vt praesentialiter existens: & intuitiuam, qualis est visio beatifica; & docet, posse dari speciem propriā & quidditatia Dei, qua Deo ab homine seu Angelo, etiam manente statu puri viatoris, clarē, & quidditatia cognoscatur cognitione abstractiuam, non tamen intuitiuam.

Affertio I. Re ipsa, Deus à beatis videtur per speciem expressam, seu per notitiā ac verbū mentis, productum velut terminū actionis, qua à Beatis producitur visio Beatifica. Ita contra Henricū, Caietanum, Zumel, aliosq; recentiores Thomistas, relatios pro 1. sent. docent, Scotus 4. d. 49. q. 2. a. 3. Ferrarensis, Capreolus, Sotus citati pro 4. sent. item Suarez lib. 2. cap. 11. Vasquez disp. 38. cap. 2. & probabiliter censet Torres loco citato.

Eadem est sententia S. Thomæ, qui non solum in definitiā ac generatiā assertit, intellectione produci verbum 1. p. q. 27. a. 1. & q. 9. de potentia a. 5. & lib. 4. cont. gent. c. 11. & 12. sed etiā expresse ait q. 4. de verit. a. 2. in omni intellectione, etiā illa, quæ est visio, procedere verbum, seu conceptionē: quod, inquit, univerſaliter verum est de omni, quod à nobis intelligitur, sive per essentiam videatur, sive per similitudinem.

Eadem est expressa sententia S. Augustini lib. 15. de Trinit. c. 16. vbi de beatifica visione loquens ait: *Tum quidem verbum nostrum non erit falsum; quia negantemur, neg fallimur. Similia habet lib. 9. de Trinit. c. 7. 10. 11. & lib. 14. c. 16. & 17.* Ratio est. Quia omnis realis actio haber realē terminū productum, cum quo identificatur, vt ex veriori Philosophia suppono: actio intellectiōis, est vera & realis actio, vt sententur omnes: Ergo haber realē terminū, qui non potest esse aliud, quam verbum, seu notitia ipsa; non vt actio est, sed vt qualitas.

Cōfirmatur primo. Quia hæc ipsa notitia est qua-

litas producta in intellectu, vtique per actionem intellectiōis: Ergo est terminus huius actionis: Ergo est verbum, seu species, ac similitudo expressa: quia, hec nihil aliud est, quam intrinsecus terminus intellectiōis, vt actio est.

Confirmatur secundo. Aut enim intellectio ipsa est vera actio prædicatalis, aut solum grammaticalis; ac proinde formaliter qualitas: si primum, vt plerique autores contraria sententiae volunt, habebit suum terminū, eumquoniam alium, quam verbum, quod est ipsam species expressam. Si secundum, vt vniuersim docent Scotus quodlibet. q. 8. Durandus in 1. dist. 27. q. 2. Gabriel ibidem, Heraclius quodlib. 2. q. 8. Capreolus in 2. dist. 1. q. 2. a. 3. ad 2. Ferrarensis 2. cont. gent. cap. 9. & 82. Caicetus. 1. p. q. 79. a. 2. Ergo ipsam est verbum, & terminus actionis intelligendi, adeoque similitudo actualis rei cognitæ.

Ex quo sequitur, non solum re ipsa dari speciem expressam, sed etiam ita necessariam esse, vt sine ea, secundum absolutam quoque Dei potentiam, visio Dei esse non possit, vt recte Suarez sup. n. 9. qui adit num. 4. oppositum defendi non posse, nisi declinando in opinionem illam, Deum videri per visionem Dei in creatam, seipsam formaliter unitam intellectui creare; quod tamen citati autores communiter negant, & inferius dub. 4. improbabiliter. Nique etiam in contrarium sunt villa argumenta, nisi quibus illi probare ex S. Thomas solent, non dati speciem Dei impressam, de quibus iuxta.

Affertio II. Visio re ipsa non sit per aliquam speciem impressam: sed ipsa Dei essentia per seipsum sufficit ad sui representationem, adeoque ad causandam visionem ex parte obiecti. Ita S. Thomas q. 12. a. 2. vti verba eius clarescant, & ab omnibus (excepto Vasquo) intelligitur; item Alensis 1. p. 7. m. 2. & in 2. p. q. 24. m. 1. Henricus quodlib. 3. q. 1. & quodlib. 4. q. 7. & in sum. art. 33. q. 2. Aegidius in Castig. art. 1. Durandus in 4. dist. 49. q. 2. à num. 13. Argentina q. 2. a. 2. Paludanus q. 1. a. 2. Capreolus q. 5. a. 1. Sotus q. 2. a. 3. Marsilius in 3. q. 10. art. 2. Ferrarensis 3. cont. gent. cap. 49. Caietanus, Bannes, Zumel, omnesque Thomistæ hic q. 12. a. 2. Gregorius de Valencia q. 12 p. 1. Molina a. 2. disp. 1. Suarez lib. 2. cap. 12. Nec dissentient Richardus, Scotus, Aureolus, vt superius dictū; quo sit, vt hæc communis DD. sententia meritè dici possit.

Ratio est. Non quia vniuersim visio fieri non possit per impressam speciem, hoc enim falso est, vt ex dictis liquet; sed quia præter ordinarias diuinæ prouidentiæ leges est, plura adhibere actionis principia, vbi ad connaturalem eius modum pauciora sufficiunt. Neque verò vñquam datur species impressa intellectiōis, nisi quando obiectum per se immediate non est sufficiens ad causandam ex parte obiecti cognitionem, vt inductione patet: hic autem Deus ipse abunde sufficit, vt concurrat per modum obiecti immediate, sine villa specie impressa. Ergo non est opus villa tali specie.

Minor declaratur. Quia species intelligibiles, vt & sensibiles, tres tantum ob causas ponere necesse est: prima, vt obiectum coniungatur potentia; ne fiat actio in distans: secunda, vt obiectum, quod ob materialitatem suam est improprio ratiōne potentia;

fiat.

fiat mediante specie proportionatum; seu potius, ut quia ipsum obiectum materiale per se non potest proportionatum potentiae reddi, species eius loco obiectu representet: tercia, ut velut instrumentum connaturale obiecti efficiat una cum potentia, loco obiecti cognitionem, ut docent S. Thomas 1. p. q. 5. 6. a. 1. & i. cont gent. cap. 5. & seqq. Scotus in 1. dist. 3. quest. 7. & in quodlib. q. 15. Albertus in sum, de hom. part. 2. tract. 1. de lenibus, & Capreolus 1. dist. 3. q. 1. Suarez lib. 2. cap. 12. n. 11. & quanquam non pauci sentiantur species impressas tantum materialiter & dispositivae, non instrumentaliter concurrens; quam communem esse Graecorum, testatur Picoliminius; & sequitur Toletus lib. 2. de anima quest. 12. de sensib. exterr.

Præter hoc vero munera speciei impressæ nullum potest excoigitari aliud, quod ad prædicta non reuocetur. Nam informare potentiam, eique inhaerere, per accidens est, ut patet tum in Dei intellecione, tum Angelis, seipsum per suam substantiam intelligentis. Representare item obiectum, & determinare potentiam ad certam speciem actus, spectant ad secundum, & tertium officium superius regulatum; siquidem id species hoc ipso facit, quod cum debitâ habeat cum potentia proportionem ex parte immaterialitatis, ac connaturale quoddam obiectum instrumentum sit, ex parte obiecti effectuè concurredit ad certam speciem actus ab obiectu desumptam, non ad aliam.

Iam vero ex tribus istis, nulla est causa, ob quam Deus specie egeat, ut se intellectui creato, aliqui sufficienter ad visionem instruôt representent. Primum enim est intimè coniunctus & vnitus potentiae, per localem indistantiam: secundum est summè immaterialis, adeoque secundum se vel maximè intelligibilis, non solum potentia, ut de substantia materiali loquitur Aristoteles 3. de anima t. 1. 8. sed etiam actus: tertio est per seipsum sufficientissimum, ut effectuè, una cum potentia, per modum obiecti concurredit ad visionem, adeoque seipso eidem est sufficierent vnitus, etiam per modum principij & causæ: quid ergo deest, quod minus absque specie concurredit ad visionem?

Dices, etiam tunc, cum obiectum est animis immateriale, dandum esse speciem, ut proportionetur potentiae. Respondetur, cum hoc accidit, ex parte obiecti defectum non esse, cum ex se sit vel maximè intelligibile: sed ex parte potentiae; quæ proinde altiori lumine seu virtute confortanda erit: alioquin si detur quidem species, videre poterit obiectum; cum eius intelligibilitas per speciem non reddatur, inferioris ordinis. Atque hoc ipsum etiam argumentum probat, hunc solum esse connaturale in modum videnti Deum; quandoquidem species non dantur, nisi ex defectu obiecti principalis, ut dictum.

Qua de causa etiam in hac materia, non propter dicitur, Deum in visione supplere locum speciei intelligibilis, ut quidam Theologi loquuntur; & vniuersim nostra sententia auctòribus tribuit, & hoc ferè solo sensu, etandem sententiam impugnat Vasquez disp. 43. passim, præsentime 3. sed potius dicendum, Deum absq; specie intelligibili, & eius vicario concursu, ex proprio quasi officio & autoritate, ex parte obiecti, seipso immediate concurrens ad visionem; quia, ut dictum,

species per se non requiritur, ad cognitionem, sed tantum ex defectu obiecti; cuius alioqui est per se concurrere.

Hinc species dicitur *vicaria obiecti*, cum id seipsum non potest immediate representare potentia; obiectum autem non est dicendum vicarium speciei, cum id per se potest facere. Sicut Rex per seipsum regium munus obiens, non dicitur id facere, loco, aut vice sui ministri; sed cum id Rex per seipsum non facit, dicitur Legatus aut Vicerex id facere loco Regis. Atque in hanc sententiam optimè intelliguntur Richardus & Scotus apud Vasquez dist. 43. n. 26. dum negare videntur, Deum loco speciei concurrens: cum interim Scotus ibidem aperite fateatur, lumen gloriae sine specie ad visionem sufficere. Rectè tamen nihilominus dei potest, Deum per modum forma intelligibilis, seclusus imperfectionibus, seipso immediate vni intellectu Beati, ut eum S. Thoma omnes communiter loquuntur.

Affertio 111. Probabilitas videtur, implicare contradictionem, ut detur species impressa, per quam Deus videatur. Est expressa doctrina S. Thomæ hic q. 12. a. 2. vbi ait; *Dicere, Deum per similitudinem videri, est dicere, diuinam efficiam non videri.* Eodem tèdunt rationes, & totus discursus S. Thomæ: quem ita communiter intellexerunt omnes eius interpres, & Antagonistæ, ut in specie de Scoto & Aureolo dictum; quicquid Vasquez cit. d. 39. alio verba eius trahere nitatur; tanquam si loquatur solus de verbo mentis, quod veluti medium prius cognitum, intercedat in visione; ipsum vero lumen gloriae sentiat esse speciem impressam, per quam re ipsa Deo videatur: que, ut dictum, non solus est noua & singularis interpretationis, sed etiam à verbis S. Thomæ pro rursus aliena, ut prolixè ostendunt Suarez loco citato, & Zumel hic quest. 12. a. 2. d. 1.

Eandem sententiam tradiderunt Henricus, Aegidius, Mafilius, Durandus, Capreolus, Sotus, Ferrarensis, Caietanus locis affl. præced: citatis, Zumel quest. 12. a. 2. d. 3. Bannes d. 2. alioisque Thomistæ recentiores omnes: quam proinde sententiam communiores inter Theologos rectè dixeris: eti contrarium sentiant post Scotum, Aureolum, Richardum, superioris citatos, Gregorius de Valentia, Molina, Suarez citati pro tercia sententia; item Vasquez disp. 43. num. 4. 3. 2. 3. 3.

Hæc vero Affertio probatur à S. Thoma hic tribus rationibus, quas Thomistæ varie confirmare nuntuntur. Sed cum pariter etiam militare videantur, contra similitudinem expressam, quam ideo quidam etiam ipsorum reiiciunt, ut dictum; vix aliquid efficiunt, ut de singulis speciatim ostendunt in contrarium citatis.

Aliiter ergo præbō eandem assertionem, Primo ex natura ipsa speciei intelligibilis; cuius proprium & intrinsecum munus est, esse vicariam obiecti, per modum naturalis cuiusdam similitudinis seu instrumenti, cum id ex se non est proportionatum, potentia; seu proper absentiam; seu ob materialitatem; seu ob defectum efficiens naturalis, seu ob hec omnia: adeo ut munus eius sit connaturali modo obiectum proportionatum reddere potentia; cum id antea non est proportionatum: atque vero, ut dictum assert. præced. Deus per modum ob-

iecti, & ex sua parte, iam antea est optimè proportionatus potentie; modo huius vis intelligendi, ex ipsius quoq; parte cōpletatur ac perficiatur lumine gloriae, aut simili auxilio, vt dicetur dub. 3. & 4. Ergo non potest respectu Dei locum habere proprium ac intrinsecum munus speciei intelligibilis.

Maior patet ex dictis assert. praeced. nec ab alijs etiā authoribus negatur. In quem sensum speciatum Suarez cit. lib. 2. c. 12. n. 2. ait: *Species solum ponit ad supplendam absentiam, vel impotentiam fabiūcti.* Et c. 13. n. 14. *Species, non dari ad leuandum obiecta ad superiorem ordinem; sed solū, ut suppleant vicem eorum, vel reddat illa accommodata personis intelligentib[us].* Dicit alius. Quod Deus potest immediate per se facere, potest etiā facere per aliquod instrumentū. Respondeo; sed non semper connaturaliter, & per instrumentū connaturale.

Vnde desumitur secundū argumentū. Species intelligibilis debet verē obiecti esse instrumentū connaturalē intellectio[n]is: atqui non est possibile instrumentū connaturalē visionis Dei: Ergo, &c. Maior ab omnibus conceditur, speciatim à Suarez c. 13. n. 15. & patet tū inductione; tū quia proptereā etiā dicuntur species, naturales similitudines obiecti. Minor probatur primo, quia si esset possibile connaturalē eiusmodi instrumentū, tum reipsa daretur; quia connaturalis quasi, & ordinarius diuinæ prouidētiē modus est, vt quo ad fieri potest, omnia fiat per subordinata connaturalia instrumenta ac principia; vt patet inductione, in omni rerum genere.

Secundo probatur eadem Minor. Quia nonquam idē effectus ad quātē spectatus connaturaliter & quāc procedit, & ab ipsa principali causa immediatē, & ab instrumento naturaliter subordinato: sed poti⁹ vbi-cung; datur instrumentū connaturaliter subordinatū principali causa, illic per se immediatē, saltem & quāc connaturaliter, principalis causa eū effectū non producit, & è cōtrario: quod fundatur in illo principio; *Deus & natura nihil faciunt frigida.* Itē, *natura determinata est ad unū.* Exemplū videre licet, in forma aquæ, quā cū per se ipsam restituat se frigori, non est credibile, cā ad hoc habere connaturalē instrumentū, quo id ipsum facere possit: & è cōtrario, cū eadē aqua subiectū a se distinctū frigefaciat, per qualitatē a se distinctam; non est credibile, posse id etiā per se ipsam, seu per suā formā immediatē modo connaturali facere. Deniq; vbi cinq[ue] in rebus creatis obiectum ex se est sufficienter proportionatum potentie, illuc non datur naturalis eius species; vbi verō datur, obiectum ex se non est satis proportionatum.

Atq; hoc sane argumentū apud me plurimū momentū habet. Nec video, si nō minus possibilis sit habitualis qualitas, ex parte obiectū connaturaliter producens visionē, quā habitus cognoscitius supernaturalis, ex parte intellectus ad eandē concurrentis, cur non quā etiā illū Beatis habitus indiderit Dei, ac istū; aut non potius, quā istū; eū illud instrumentū obiectuum teneat se ex parte Dei viii; hoc tantū ex parte potentie, in cuius operandi modo quandam quasi defectum sive relictum, solo concursu actuali Dei supplendum, minus inconveniens foret.

Vnde quidā apud Suarez c. 12. n. 21. non male dixerūt, an de facto detur species in visione Dei, id pēdere ex eo, an sit possibilis. Et Vasquez l.c. speciatim n. 3. 2. & 3. 4. ex possibilitate p̄cipue insert existentiā talis

speciei: quā argumētatio in hac quidē materia nō est parui ponderis, vt dicitur. Quod si Deus rem quāpiam adhiberet, velut instrumentum ad visionem producendam, id arbitriarum quidem ac supernaturale. Dei instrumentum esset, ad hunc effectum; sed non connaturale; ac proinde nec species, vt dicitur.

Tertio probatur assertio hac etiā probabilis argumētatione. Omnis species ab obiecto producita, producitur ab eo naturaliter & necessariō: sed impossibile est, vt Deus aliquid extra producat naturaliter & necessario, vt omnes satētur: Ergo. Maior probatur, tū inductione, tū ratione. Quia species est naturalissima obiecti, ab eo, procedit in quantū cognoscibile (effectū) est; quād oquidē reddit obiectū ex sua parte cognoscibile. Ergo, p̄cedit ab eo in quartū Ens, & nō vt liberū Ens est, ac per voluntatē operās. Respōdet quidē ad hoc argumentū Suarez & Vasquez; sed ei sua probabilitas nō admittit. Atq; hac argumēta saltē probabilitē mihi redditur S. Thomē fīctiā, que communiori calculo Scholasticorū haec tenet⁹ suis cōprobata.

Hic accedit etiā tertia ratio S. Thomē, hīca. 2. quā ad sequentē modū formata, non est spernēda. Si quē datur species clarē Deū vidēdū exhibens & representāta, ea deberet esse simpliciter infinita, in ratione representādi; vt pote idonea ad representādū Deū, & omnia, quā potest Deus representare; ac hoc est impossibile; quād oquidē in nullo alioquin genere Entis creati absoluti aliquid simpliciter infinitū est possibile, vt dicitur q. 4. Ergo, &c. Alia ratio est speciei expelle, seu verbi mētalis; quod cum sit actualis notitia, non debet esse adquata obiecti, secundum omnem vim representandi, quam id in actū primo habet; sed solū ex ea parte, qua re ipsa & actū terminat visiōnem; qua ratione solum est finita.

Assertio IV. Nec est, nec esse potest species vlla Dei propria, qua De⁹ cognoscatur clarē & quidditatiē, cognitione abstractiua. Ita communiter Doctores, nominatiū Herugus quodlib. 2. q. 5. post S. Thomā hic q. 12. a. 2. vbi generatim despecie. Essētia diuinæ loquitur, vt & citati pro p̄cedentiali alettione: contra Scotū l.c. cui fauerit. Aureolus q. 2. plog art. 4. vbi docet, posse in viatore puro dari distinctionem, claram, & quidditatiū Dei notitiā, ex qua, vt initio questionis dixerat, omnes veritates de personis & attributis, & alijs in trinsecis scīciis ē possint concludi, que sit abstractiua tantū, nō intuitiua: quāquā de specie, ppria ipsius Dei nihil ibile auctoritatē, nec plane etiā cū Scoto & Herugo (quos indeco ibidē refutat) cōveniat, in descriptione cognitionis abstractiua & intuitiua.

Probatur assertio. Quia quocūq; modo sumatur & declaretur quidditatiua Dei cognitionis, ea sane postulat, vt essentia diuinā, & attributa ac perfectiones essentialia Dei omnes, clare & distincte cognoscatur; sed inter alia Dei attributa essentialia, est ipsa etiā existētia. Existētia, ex dictis q. 1. Ergo impossibile est, vt per quidditatiū Dei cognitionē nō cognoscatur Existētia, adeoq; vt quidditatiua cognitionis Dei, seu species ppria essētia diuinæ abstracta ab existētia, adeoq; sit abstractiua, put à Scoto fuit definita & nō intuitiua.

Sed quia respōdet Aureol⁹, non esse de ratione cognitionis abstractiua, ita abstracta ab existētia, vt p̄ ea existētia non cognoscatur, quandoquidē datur mathematica demonstratio & scīciia, que directe probet ipsa Eclipsis existētia, sed & per phantasiam (cum cognitio,

cognitio, inquit, nō potest nō esse abstractiuā) sāpe imaginamur ipsā rē ut existētē & p̄fētē, etiā fortē rē ipsa p̄fēns non sit: addēdūm est, non tantum non posse dari cognitionem Dei quidditatūā, quē ab existētia Dei penitus abstrahat, eamque plane non cognoscat; sed etiā nec posse villo vero sensu esse abstractiuā, si verēlit quidditatūā, & per propriam speciem Deifiat; quia quomodocunq; definitur abstractiuā notitia, prout ab intuitu distinguitur, ea ita saltem abstrahere debet ab existētia rei, vt non feratur immediate (sine medio cognito) & formaliter ac perspicue in ipsam rem vere ac p̄fessionaliter existētē, vt existētē, clare scilicet, ac imēdiatē per propriam rei existētis vt existētis p̄ficiem, aut modo equivalentē, cognoscendo eius p̄fessionalē existētiam; quæcunq; enim talis cognitione, intuituā, non abstractiuā est, vt ex communi vocabuli notione à visu desumpta patet: sed si datur species propria Dei, existētiam eius adeoq; Deum ipsum clare & quidditatūē repräsentans, impossibile est, quin per eam, immediatē (sine medio cognito) clare, & distinctē cognoscatur Deus & p̄fessionaliter existētis: quandoquidēm & existētia eius, & imēdiatāe omnipræfentia (ex hypothesis) est de ratione diuinæ Essentiae: Ergo impossibile est, vt talis species quidditatūē, & non intuituē Deum repräsentet. Vnde colligitur etiā, falsum esse, quod docuit Scotus in z.d. 3. q. 9. & ferē Gabriel ibidem q. 2. Angelos naturaliter per speciem inditam, cognitione abstractiuā, Deum quidditatūē, prout in se est, cognoscere; de quo plura infra de Angelis.

Quod verō Aureolus ibidem contra Scotum & Heruēum docet, dāri posse intuituām rei cognitionem, etiā re non amplius existētis; & ad p̄positum non facit, & propriō loquendo verū non videtur, Neq; tamen interim nego, posse deo etiā secundum Esse ac veritates supernaturales, v.g. quod sit Trinus & unus, Deus & homo, &c. haberi cognitionem eidēntēm abstractiuām, eidēntiā reuelationis nixam, quæ dici solet eidēntia in reuelante: hēc enim non habetur per propriam speciem, sed simili est ei, qualis etiā de naturalibus perfectionibus Dei, per alienas rerum creatarū species habetur, ab eo, qui demonstrationem de iſdem habet.

Vt nec etiā scientia infusa ipsius Dei, etiā per infusa species habeatur, etiā per propriā Dei speciem, sed per species alienas creaturarū, vt suo loco docetur. Quod si tali solum modo aliquo putauit Aureol⁹, in viatore esse posse claram Dei notitiam abstractivam, in re non errauit, sed non rectē tamen eam cognitionem vocavit quidditatūā, cum ijs cognitionibus nullus proprius & adaequatus conceptus essentia Dei habeatur, sed Deus per alienas solum rerum creatarū species cognoscatur, vt dictū.

Obijci potest. S. Paulus ex probabili sententia, etiā in hac vita, quasi in raptu, vidi diuinam Essentiam; cuiusq; visionis etiā postea retinuit memoriam eidēntem: Ergo signum est, retinuisse speciem, qua etiā antea Deū viderat. Respondeo cū S. Thomas. p. q. 1. 2. a. 9. ad 2. in simili, negando consequētiā. Solum enim sequitur, Paulum ex ipsā visione Essentiae diuinā formasse in se similitudinem quādam tū ipsius visionis Dei, saltem secundū rationē quādam communem; tū eorū, quā in Deo per eam

visionem vidit; quæ species etiā remāsit post eiusmodi raptū; sic tamē, vt Deū quidditatūē per eā nullo modo amplius cognosceret, sed solū abstractiuā.

### D V B I V M III.

*Vtrum intellectus creatus videre Deum possit naturalibus viribus; an vero indigeat ad hoc supernaturali habitu luminis glorie; idq; etiam secundum absolutam Dei potentiam?*

S. Thom. 2. p. q. 12. a. 4. & 5.

**S**unt hac in re varijs partim hæreticorum errores; Partim Catholicorum sententia Primo enim fuerunt quidam hæretici, qui docuerūt, hominem suis naturalibus viribus posse videre Deum. Ita enim refertur de Beguardis, & Beguinis in Clementina Ad nostrum, de hæreticis, dixisse eos inter alia: quod quilibet intellectus naturai in seipso naturaliter est beat; quodq; anima non indiget lumine gloriae ipsam eleuante ad Deum videndum. Huc spectant etiā Anomæ veteres hæretici, qui duce Eunomio docuerunt, Deum ab intellectu nostro virtute propria in hac vita comprehendendi posse, vt videre est apud Nazianzenum orat. 42. & apud Chrysostomum homil. 5. de incomprehensibili Dei natura, Basiliū lib. 1. cont. Eunom. Theodore filib. 4. hæret. fab. Hieronymū in illud Matth. 11. Nemo novit filium, & apud Theophylactum in illud Ephes. 3. in gentibus Euangelizare.

Secundo ex Scholasticis quidam, saltem sub conditio ne & hypothesi, in quā tamen ipsi etiā magis inclinabat, luminis gloriae necessitatē negarūt; si nimirū dicatur visio, p̄duci à solo Deo. Ita Scot⁹ in 3. d. 14. q. 2. & disp. 3. 1. q. 1. & in 4. d. 49. q. 11. idēq; in simili de amore & fruitione Dei docuit in 3. dist. 12. q. 4.

Tertio alij nonnulli, tametsi plane faterentur, aliquod gratutum Dei auxilium ad Deum videndum requiri, dixerūt tamen, sufficere extrinsecum, & quasi negatiū; remouere scil. impedimenta intelligendi: posse enim naturaliter Deū ab homine videri, si modo & Deus vellet extrinsecè se eidēntē representare; & impedimentum constitutum in modo cognoscendi Deum, per sensus extēiores, seu per creatum medium, remouere. Ita Durandus in 4. d. 49. q. 2. n. 24.

Quarto vero circa explicationem & naturam luminis gloriae, etiā ex illis, qui eius necessitatē aliqui profitebantur, ita quidem variarūt, vt re ipsa parum ab ijs, qui eius necessitatē denegarunt, aut diminuerunt, recederent.

Quinto deniq; etiā illi, qui necessitatē veri luminis gloriae agnoscūt, non tamen consentiūt, an de absolute quoq; Dei potentia sit necessarium ad visionem, vt imagi ex sequentibus assertiōibus p̄fascet.

Affiratio I. Impossibile est, vt per vires nature Deū ab intellectu creato, seu humano, seu Angelico, intuituē & quidditatūē videatur. Ita S. Thomas hic q. 12. a. 4. & in 4. d. 49. q. 2. a. 6. & de verit. q. 8. a. 3. & 3. cont. gent. c. 50. cū quo hac in te consentiūt omnes Scholastici, quidquid de Angelis dubitauerit. Maior in 4. d. 49. q. 4. Estq; de fide, salte quoad intellectū humanū, cōtra Anomos & Beguardos superi⁹ citat, ex Cōcilio

Viennensi cit. Clem. *Ad nostrum de haereticis*. Probatur aperte ex Scriptura. Psal. 83. v. 12. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, Matth. 11. v. 27. *Nemo nouis filium, nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius*; *& cui voluerit filius revelare*. Ioan. 14. 21. *Qui diligit me, diligitur a patre meo; & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum* Rom. 6. v. 23. *Gratia autem Dei vita eterna*. 1. Cor. 2. v. 9. *Oculus non vidit, neq; auris audiret, neque in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus illis, qui diligunt illum*. Et ibidem verfu 11. *Quae Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei*. Quae testimonia partim suamet vniuersitate, partim communis Doctorum explicatione, & ob ipsam quoque paritatem rationis, etiam ad Angelos pertinere iure censentur. Idem habet vnamis consensu SS. Patrum, quia illum Anomaeorum errorem daminarunt, vlti perius relatum.

3 Accedit optima ratio S. Thome hic eodem a. 4. Quando enim obiectum secundum modum suum essendi, excedit modum essendi subiecti ac potentiae cognoscens: tum haec non potest illud per vim suam naturalem perfecte & quidditatue cognoscere: atqui modus essendi Dei infinite excedit modum essendi omnis creaturæ ac potentiae creatæ: Deus enim est actus purus, & ipsum suum Esse: omnis autem creatura, & omnis creatæ potentia, aut habet esse in materia, saltem mediate (mediata anima) aut certè est in potentia ad non esse: Ergo Deus non potest perfecte & quidditatue naturali virtute intellectus creari cognosci, ac proinde nec videri. Maior probatur. Quia cognitio naturalis adæquate sequitur naturam cognoscens; seu quod idem est: naturalis modus cognoscendi vel agendi, in virtute, seu causa principali, sequitur modum essendi, eidemque proportione quadam responderet. Quid principium contra Sotum, & alios fuse tuerunt Caietanus hic. q. 12. a. 4. Capreolus in 4. d. 49. q. 4. Ferraren. lib. 3. cont. gent. cap. 53. Sotus in 4. d. 49. q. 2. a. 2. & prolixus Albertinus tom. 1. princip. 1. qui hoc ipsum extendit ad omne genus operationis, tum moralis, tum physice; tam transiens, quam immanentis: in specie vero id ipsum principium applicat ad propositam materiam etioll. 1. punct. 2.

Et confirmatur. Quia nec per fidem quidem cognoscere Deum possumus sine auxilio gratiæ, ut in Concilijs definitur, & alibi ex instituto probatur; quanto minus per claram visionem? Denique cum obiectum visionis tam materiale, quam formale, quod plenæ supernaturale sit, consequens est, ipsam quoque visionem esse actum intrinsecè supernaturale, etiam quoad substantiam, ut ex communire. Et docent Caietanus in 2. 2. q. 17. 1. a. 2. Sotus in 4. d. 49. q. 2. a. 4. Suarez lib. 2. de Deo cap. 9. num. 7. & significat S. Thomas 1. 2. q. 5. a. 5. ad 3. Ergo impossibile est haberi viribus naturæ.

Objicetur. Aut Deus clarè visus, seu visibilis, continetur sub obiecto naturali intellectus; aut non: si continetur, ergo poterit naturaliter videri: si non, ergo nullo modo videri potest: quia naturalis potentia non potest ferri extra latitudinem sui obiecti naturalis. Respondeatur, naturale obiectum intellectus creati duplicitate dici posse: primò quod solis naturæ viribus attigi potest, etiam actu perfecto: & tunc Deus ut visibilis, seu etiam ut Ens est superna-

turale, non est obiectum naturale intellectus creati, nec sub eo continetur. Secundò naturale dici potest, quod eti sub obiecto adæquato intellectus (quod est Ens ut Ens) aliquo modo comprehendatur, adeoque tale sit, ut intellectus naturæ in illud ferri possit, seu proprijs viribus, seu adiutus altiori lumine; non potest tamen ut sic actu perfecto & proportionato, ob excellentiam suam attingi, ex solis naturæ viribus: & hoc sensu concedatur, esse naturale obiectum intellectus, vel sub eo comprehendendi; sed nullum sequitur absurdum.

4 Assertio II. Impossibile est, ullam dari seu produci naturam intellectualm creatam, cui secundum se connaturalis sit ea visio Dei beatifica, seu ipsum etiam lumen gloriae. Ita post S. Thomam hic q. 12. a. 4. & a. 5. ad 3. Scorum in 2. d. 5. q. 9. Sotum cit. q. 2. a. 4. & ferè Durandum ibidem, ex communis docent Suarez lib. 2. de Deo c. 9. Vasquez d. 44. n. 3. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 2. & 3. Gregorius de Valentia, non nihil tamen dubius, hic q. 12. p. 3. licet in contrariam sententiam inclinet Major loco cit. Molina hic q. 12. a. 4. & art. 5. disp. 2. Ratio est. Primo: quia accidentis supernaturalis non ob aliam causam dicitur, quam quia per se subiectum creatum suprad id, quod ipsum, aliaque creatæ subiectæ omnia, ex suis principijs & constitutione naturali postulant; ac proinde supernaturalitas eius defumitur excessu & in proportione essentiali ad subiectum omne possibile; cuius respectu supernaturalis dicitur: Ergo si aliquid substantia naturale esset, eo ipso non esset intrinsecè supernaturalis, ut tamen esse diximus lumen gloriae. Antecedens probatur: quia accidentis intrinsecum & essentiali habet respectum ad subiectum; ergo etiam supernaturalitas eius debet sumi per ordinem excessus ad subiectum; & non solum per excessum ad unum aliquod, vel aliqua subiecta; alioquin multæ proprietates naturales essent supernaturales qualitates: Ergo per excessum ad omnia subiecta creatæ.

Secundò: qualitas seu accidentis intrinsecè supernaturalis non potest esse connaturalis nisi substantia idem supernaturali subiectum eniri, & accidentia eius naturalia, sunt eiusdem ordinis: atqui impossibile est, etiam secundum absolutam Dei potentiam, ut detur substantia creatæ intrinsecè supernaturalis: Ergo etiam impossibile est, ut lumen gloria, aut visio beatifica sit connaturalis ulli substantiæ creatæ. Minor probatur. Quia supernaturalitas substantiæ non potest desumi ex comparatione ad aliquod subiectum, ut patet; nec ex eo, quod à nullo principio creato fieri potest naturaliter; alias enim omnes Angeli & animæ, immo etiam ipsa materia prima essent supernaturales substantiae: nec ex eo, quod cæteras creatas substantias quantumvis multas supererit, ut etiam clarum est: alioquin Angelus, saltem supremus, esset supernaturalis substantia: Ergo alii unde non potest desumi, nisi ex eo, quod sit actus purus; talis autem substantia præter Deum nulla est, nec ullo modo esse potest, ut patet.

Tertio. Contradicitione implicat, ut modus essendi Dei ipsius, velut obiecti visionis, non infinite excedat modū essendi cui liber creature ac potentiæ. Ergo impossibile est, ut hæc connaturaliter attingat perfecto

actu, qualis est visio, Deum : iuxta rationem S. Thomæ, pro præcedentia assertione allatum. Denique alias con'equens esset, dari posse substantiam intellectualem creatam, natura sua sanctam, adeoque filiam Dei, beatam, & impeccabilem: cum visio beatifica non sinat hominem vlo modo peccare, &c. id vero est absurdum & contra SS. Patres, ut alibi suis locis docetur. Ergo, &c.

<sup>6</sup> Ex quibus etiam efficitur primò, non tantum impossibile esse, ut alicui substantiæ creatæ visio beatifica sit connaturalis, tanquam causa principali; sed etiam ut instrumento. Quia ut recte hotauit Albertinus supra coroll. 2. num. 7. si tali substantiæ esset connaturalis visio, tum esset quoque illi connaturalis lumen gloriae; quia lumen proportionatur actu, tanquam connaturale eius principium; hoc ipso verso talis substantia iam esset principale agens, & non tantum instrumentale.

Colligitur secundò, non posse etiam creari substantiam, cui sit connaturalis scientia seu cognitio infusa, intuitiva mysteriorum gratia: quia haec obiecta sunt eiusdem ordinis supernaturalis, cum ipso Deo, ut recte dedit Albertinus cit. coroll. 2. num. 8. apud quem plura. Eademque est ratio fidei, & a liorum actuum, sive habituum supernaturalium.

Dixi vero in assertione; *natura intellectuali secundum se* non posse connaturalem esse visionem; secus enim est, si loquamur de intellectu instrueto dono supernaturali luminis gloriae: huic enim recipia connaturalem esse visionem, non est negandum, ut bene docet Ferrariensis lib. 3. cont. gent. c. 54. Caietanus hic q. 12. a. 5. ad 2. Molina a. 4. Vasquez d. 45. c. 1. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 1. num. 1. & denique Suarez lib. 2. c. 7. num. 4. et si neget Scotus in 4. d. 49. q. 2. a. 4. de quo quidem sola videtur nominis quæstio. Et ipsam Vasquez num. 6. recte notat, visionem solum, dici connaturalem intellectui praedito lumine gloriae, ut principio ipsam eliciunt, non ut subiecto, in quo recipit: hoc enim esse intellectum secundum se nūdū spectatum. Vnde quæstio illa, an visio beatifica possit alicui naturæ creatæ esse connaturalis, eadem fere est, cum illa, an lumen gloriae possit esse connaturalis alicui substantiæ creatibili; quod pèdet ex alia quæstione, an creabilis sit aliqua substantia supernaturalis, ut antea deduximus. Quæ causa etiam fuit, cur cum visione iuhgeremus lumen gloriae.

<sup>7</sup> Assertio III. Ad visionem Dei ipsa non sufficit lumen naturale intellectus; neque sufficit quocunque Dei auxilium extrinsecum, aut negatiuum; sed plane requiritur supernaturale lumen gloriae. Ita S. Thomas hic q. 12. a. 5. & in 4. d. 49. q. 2. a. 7. & 3. cont. gent. cap. 51. 52. & 55. & de verit. q. 3. a. 3. & omnes Scholastici ibidem suis locis, contra Durandum, & Scotum superiorum citatos, qui non recte hac de re sunt locuti: & est de fide sub his generalibus terminis, ut recte Capreolus in 4. d. 49. q. 4. a. 3. Ferrariensis lib. 4. cont. gent. cap. 54. Argentina in 4. d. 49. q. 2. a. 1. Gabriel q. 2. a. 3. Marsilius in 3. q. 10. art. 2. Sorus in 4. d. 49. q. 2. a. 4. Caietanus hic q. 12. art. 5. Gregorius de Valencia q. 12. punct. 3. Probatur ex Scriptura, quæ sepius mentionem facit luminis, velut specialis doni Dei, quo Deus nunc à beatis ipsa videatur. Psal. 35. v. 9. Inebriabantur ab ubertate domus

tue, & torrente voluptatis tua potabis eos. Quoniam apud te est fons vita; & in lumine tuo videbitur lumen. Isai. 60. v. 19. Erit tibi Dominus in lucem sempiternam. 1. Ioan. 3. v. 2. Scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus; scilicet in participatione luminis, ut explicat S. Thomas hic q. 12. a. 2. & 5. Apocal. 21. v. 23. Clari'as Dei illuminauit eam. Ex quibus etiam Scripturis defumperunt Patres, & Scholastici eam denominacionem *luminis gloriae*, ad visionem Dei requisiti. Idem aperte definitur in Concil. Viennensi cit. Clement. Ad nostrum, vbi contra Beguardos damnatur hic error, quod anima non indiget *lumen gloriae*, ipsam eleuante ad Deum videndum. Ratio patet ex assertione 4. & dub. seq.

Atque ob eam causam non immerito Gregorius de Valencia cit. p. 3. Vasquez d. 41. num. 8. & d. 42. cap. 1. Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 1. punct. 2. erroris nota dignam censem sententiam Durandi superioris relatam: licet eam vt cuncte excusare & interpretari conetur Molina hic q. 12. a. 5. disp. 1. Caïetanus quoque hic cit. a. 5. sententiam Scotti Superioris relatam, qui sub conditione negauit habitum, luminis gloriae, purat esse damnatum. Quoniam an lumen gloriae vere sit habitus, minus certum est, ut mox dicemus.

<sup>8</sup> Assertio IV. Lumen illud gloriae ad visionem Dei requisitum, nec est 1. Deus ipse, seu increatum eius lumen; nec 2. ipsa visio beatifica; nec 3. concursus Dei actualis; nec 4. supernaturalis quedam anima potentia, & quasi intellectus supernaturalis, animè immediate infusus & inhærens; nec 5. species intelligibilis Dei; sed qualitas creatæ, habitualis, intellectui beati inhærens, & eum quocunque demum modo perficiens, ad habendam visionem. Ita quasi expresse, quoad omnes partes docet S. Thomas hic quæst. 12. art. 2. & 5. & alijs locis præced. assert. citatis; & est sententia communis, & quasi certa, ut patet.

Et enim prima pars est contra quosdam, qui prædictam Concilij Viennensis definitionem interpretantur de lumine increato: sed quæ interpretatio, tanquam falsa, merito ab omnibus rejicitur, teste Suarez lib. 2. cap. 14. num. 5. Tum quia Concilium loquitur de lumine gloriae, iuxta modum loquendi Theologorum: omnes autem eo nomine lumen aliquod creatum intelligunt, ut videre est etiam apud S. Thomam hic a. 5. vbi de creato lumine quæstionem propositum. Tum quia Concilium loquitur de lumine eleuante intellectum, quod Deus propriè & formaliter per seipsum non facit, sed quatenus in ipso intellectu aliquid operatur, supra naturam eius. Tum quia Beguardi non negabant, necessario interuenire Deum in visione beatifica, sed lumen creatum, quale à Theologis ponis solebat.

Secunda pars non esse ipsam visionem à Deo infusam, est & quæ communis & certa; contra quosdam apud Capreolani relatos. Probatur, tum ex dictis: omnes enim Theologi distinxerunt lumen gloriae à visione, ut hotauit Vasquez d. 42. num. 1. neque vel Beguardi; nec quisquam sanæ mentis negare potuisse, visionem requiri ad videndum Deum: tum quia Concilium requirit lumen ad videndum; distinguat ergo lumen à visione.

Tertia pars, non esse concursum Dei actualis, est

contra quosdam apud Sotum in 4.d. 49.q. 2.a.4. dicentes, per lumen gloriae in Concilio generatim intelligi auxilium Dei supernaturale; siue sit actualis concursus; siue non. Quae expositio placet etiam nonnullis recentioribus, teste Suarez cit. cap. 14. num. 7. Sed est falsa & improbabilis, ut recte citatus ob dictas causas: *indubitatum enim est*, inquit. Vasquez cit. d. 42. scholasticus lumen gloriae esse habitum quendam, aut aliam qualitatem; quod ipsum etiam nomen luminis significat: tum quia Concilium distincte dannat utrumque; & quod visio eliciatur naturaliter; & quod non requiratur lumen gloriae.

Quarta pars, non esse qualitatem per modum potentiae, & intellectus naturalis, &c. est contra Sotum & Capreolum loco cit. & quosdam alios, qui dicebant, visionem beatificam effici a solo lumine gloriae, non ab intellectu beati. ut dicetur dub. seq. & refert etiam Suarez cap. 10 num. 9. Sed est non solum nos, sed etiam falsa & improbabilis sententia: quia actio vitalis, saltem secundum ordinariam Dei legem, elicit non potest, nisi a principio ac potentia vitali animae; cuius ratio in hoc consistit, quod sit potentia naturalis, & necessario emanans ab anima, ut anima est. Plura dub. seq.

Quinta pars, non esse speciem intelligibilem, est contra Vasquez disp. 43. cap. 7. suppositis etiam ijs, quae de hac re differit disp. 3. 8. & 39. Sed quae sententia procul dubio non minus noua est, & improbabilis, ut recte Suarez c. 14. num. 8. & cap. 15. num. 14. 15. 16. quamvis pro ea immerito cententur S. Thomas, Richardus, & Argentina, ut dictum dub. 2. & paulo post magis patet. Probatur. Tum quia ex communione & vera sententia, non datur species intelligibilis Dei, ex dub. 2. Tum quia species non datur ad confortandum intellectum, nec omnino se tenet ex parte potentiae, sed obiecti: quæunque tandem in particulari sit eius vis & efficacia; de qua re actum eodem dub. 2. Tum quia alias fatendum esset, intellectum creatum ex sua parte esse sufficientem instrumentum ad elicendam visionem; si modo ex parte obiecti debitus concursus non deficit: perinde ac si praeter speciem intelligibilem obiecti supernaturalis, non daretur habitus supernaturalis, aut auxilium eiusdem efficaciam supplens, v. g. ad credendum, amandum Deum, &c. Tum quia hac ratione Beguardi negantes lumen gloriae, hoc est, speciem intelligibilem, ut Vasquez interpretatur, non suffit damnandi; sed iuxta communem Theologorum sententiam laudandi: nisi quis dicat, damnata m. Concilio communem Theologorum sententiam, specie impressa visum, in visione Dei denegantem; quod est absurdissimum. Plura dub. seq.

Sexta pars, esse qualitatem, colligitur ex probatione tertiae & septimæ partis.

Septima pars autem, esse habitum, est communis itidem Doctorum sententia. Imo Ferrarensis 4. cont. gent. c. 54. Caietanus h. c. 12. 2. 5. Capreolus in 4.d. 49 q. 4. a. 3. Argentina q. 2. a. 1. Gabriel suppl. q. 2. a. 3. & quidam alii putant, hoc esse deside certum, & in illa Clementina definitum. Sed verius est contraria, eademque communis recentiorum sententia; quam tradunt Molinæa, 5. d. 1. Vasquez disp. 42. num. 3. Suarez lib. 2. cap. 14 num. 4. & 9. Gregorius de Valentia q. 12 p. 3. quicquid ait, contrarium

esse valde temerarium, & probabiliter re ipsa contra fidem: quo sensu etiam Molina ait: *temerarium ac periculorum videri*; post definitionem illam Ecclesia discedere à sententia D. Thome: *qua merito*, inquit, *communis est* hodie inter omnes Doctores. Probatur cum ex nomine lumina gloriae, quod qualitatem permanentem significat. Tum quia ad alios actus supernaturales dantur habitus proportionati. Tum quia id plane necessarium est, ut à potentia vitali modo connaturali, efficiantur tales actus: præteritum si actus ipse natura suâ perpetuus, & non interruptus sit, ut est visio Dei.

Octava pars, esse habitum intellectus, non aperte quidem haberet ex verbis Concilij; quia solum dicit, dari animæ; hancque à lumine gloriae elevari ad videndum Deum, & eo beate fruendum. Vnde etiam Gabeil loco cit. & in 1. d. 2. q. 2. a. 3. & Cardinalis Zabarella in citatam Clementinam affirman, eundem esse habitum luminis gloriae. & Charitatis, sicut etiam existimant, esse eandem realiter facultatem intellectus & voluntatis. Sed est improbabilis sententia; & contra communem aliorum omnium Scholasticorum, ut recte Vasquez cit. d. 42. num. 2. quia habitus debent esse proportionati actibus, ad quos dantur, & in eodem subiecto: cum ergo habitus iste detur immediate ad videndum Deum, (ex consequenti vero etiam ad fruendum, iuxta citata Verba Concilij) fatendum est, esse habitum intellectus, adeoque distinctum à charitate.

Affertio I V. Secundum absolutam tamen potentiam Dei, potest esse visio absque habitu luminis gloriae: Deo nimurum vel per solum actualem concussum, vel probabiliter etiam per aliam qualitatem, tam ab habitu luminis gloriae, quam à visione distinctam, supplete eius efficaciam siue defectum. Primam partem docent Paludanus in 4.d. 49. q. 1. a. 3. Argentina q. 2. art. 1. Maior q. 4. Gregorius de Valentia q. 12 p. 3. Molinæa, 5. d. 1. Suarez lib. 2. de Deo cap. 16. Vasquez d. 46. cap. 2. & est communis recentiorum Thomistarum; nil etiam repugnante S. Thomas h. c. 5. & 2. 2. q. 17. 5. a. 3. ad 2. qui solum de potentia Dei ordinaria locutus est. Idem à posteriori tradunt Scotus, Durandus & alij, qui docent, visione etiam a solo Deo productâ beatos videre posse Deum, ut dicetur dub. seq. tametsi circa præsentem assertiōem oppositum sentiant Ferrarensis, Caietanus, Sotus locis cit. Probatur affertio quoad primam partem primò. Quia Deus seipso immediate potest omnem concussum & efficientiam, saltem principiū non vitalis, suppleret, ex certa & communione: lumen autem gloriae est principium quidem efficiens visoris, ut suppono ex dub. seq. attamen cum sit qualitas aduentitia, & supra naturam intellectus ac animæ, non est principium vitale visionis: Ergo eius concursus potest à Deo suppleri.

Secundò, Lumen gloriae non est tota virtus & potentia, qua beatificiunt visionem; sed ipse quoque intellectus seipso influit, ut dicetur dub. seq. & supponit S. Thomas h. c. 5. Ergo etiam sublato lumine gloriae, adhuc poterit influere, modo defectus ipsius, tanquam partialis alterius causæ, aliunde suppletur.

Tertio. Actus charitatis, & aliarum virtutum supernaturalium, possunt ab homine effici, Deo per

suum

sum concursus immediatum supplete concursum habitus; immo ex veriori, quam suppono, reipublica efficiuntur tunc, quando actus ipsi primum disponunt ad habitus acquirendos; cum tamen actus illi non sint minus supernaturales, quod substantiam, quam visio; ut habeat itidem communis sententia; quicquid Sotus hoc argumento coniunctus, eo tandem deueniteret, ut negaret, actus eiusmodi Theologicos esse supernaturales quoad substantiam. Neque vero propterea Deus denominabitur a tali visione videns; quia actiones immanentes non dominant efficiens, nisi in quo inhaerent, ut recte Vasquez loc. cit.

Vnde probatur etiam secunda pars assertionis, suppleri nimis luminis gloriae defectum posse per actualem concursum Dei; quae ab omnibus quoque pro praecedenti parte citatis assertur, excepto Capreolus in 4. d. 49. q. 4. qui putat suppleri non posse solo eo concursu, absque alia qualitate saltem transeunte eius loco substituta: sed quae sententia utraque ratione praemissa efficaciter refellitur.

Tertia pars assertur a Gregorio de Valentia, quam etiam supponunt Molina & Vasquez post Capreolum loc. cit. Probatur. Quia nihil videtur obstat, quo minus decur qualitas supernaturalis transiens, per modum quasi actus secundi, quae possit esse principium visionis: sicut quidem Molina hic, & multi alii existimant, etiam motiones vocantis gratia esse principia effectiva actuum supernaturalium, ad quos dantur: similemque aliquam qualitatem (quam etiam lumen gloriae vocant per modum actus transiens communicata) putant reipublica quidam communicatam S. Paulo in transiente illa visione Dei: id quod expresse etiam docet S. Thomas 2. 2. q. 175. a. 3. ad 2. qui hanc ipsam etiam qualitatem vocat lumen gloriae, utique tamen ab habitu luminis gloriae essentialiter distinctam. Vnde minus probatur sententia Suarij loc. cit. num. 4. qui contra Capreolum disputat, non posse darilumen, quantum transiens, specie distinctum ab habitu luminis gloriae; ac proinde eam Capreoli sententiam, aut coincidere cum sententia Cajetani; aut esse minus probabile: quod tamen ab eo non video firma aliqua ratione probari.

His addo, de quo tamen hoc loco nulla propriè est controversia, posse quamlibet aliam rem assumi, quae per modum instrumenti supernaturalis, sit cum intellectu creato comprincipium visionis. Nulla enim est haec in re implicatio contradictionis: & quicquid Deus in subiecto potest per se ipsum, potest etiam per instrumentum creatum, saltem iuxta potentiam eius obedientiale eleuatum, vel suo loco ex veriori docetur. Etsi quidem interim hoc casu intellectus vis & efficientia tali instrumento connaturaliter non compleatur, nec ex illo & intellectu constriui possit totalis & completa ac principalis causa visionis; ac proinde nihilominus Deus suo peculiari concursu utriusque principij sue instrumenti inefficiaciam & defec-  
tum supplere de-  
beat.

#### DVBIVM IV.

*Utrum visio effectiū procedat ab intellectu beati: & quodnam in eare sit proprium munus luminis gloriae.*

S. Thom. I. p. q. 12. a. 4. & 5.

Ametsi quidem hactenus explicatum ac definitum sit, habitum luminis gloriae necessarium esse ad visionem: nondum tamen declaratum est, quidnam sit in ea re proprius eius concursus, seu proprium munus: quod ipsum tamen definiri etiam non potest, nisi prius constet, an visio effectiū ab intellectu creato beati procedat: quorum utrumque proinde haec dubitatione expöendum est. Et verò quod attinet ad efficientiam intellectus eterni, circa visionem, est prima sententia multorum & grauium Theologorum, qui docent, visionem à solo Deo produci, intellectu beati solum materialiter & subiectivè ad eam concurrente, recipiendo visionem. Ita docent Nominales, nominatum Ockam in 1. d. 1. q. 2. & in 4. q. 13 a. 5. dub. 6. Gabriel in 3. d. 14 q. 1. Marsilius in 3. q. 10. a. 2. Idem ferunt Richardus in 3. d. 14 a. 2. q. 3. & 4. & in 4. d. 49. a. 3. q. 5. Scotus in 4. d. 49. q. 11. & in 3. d. 14. q. 1. a. 2. Durandus ead. dist. q. 1. num. 9 & in 4. d. 49. q. 2. Paludanus ibid. q. 2.

Secunda sententia est quorundam Thomistarum, qui significant, visionem aut nullo modo immediatè produci ab intellectu beati, sed à solo lumine gloriae, in quibus Capreolus in 4. d. 49. q. 4. a. 3. & Sotus q. 2. a. 4. vbi intellectum præditum lumine gloriae respectu visionis comparat aqua calide in ordine ad calefactionem; vel certè non totam eius rationem fieri ab intellectu beati, ut indicat idem Capreolus loc. cit. Fundamenta sunt. Tum quia actus adeo supernaturalis non potest physicè produci à potentia naturali. Tum quia visio producitur per creationem, utriusque. Tum quia non potest vero aliquo sensu dici, hominem seipsum beatificare, nec efficienter quidem; formaliter enim vel obiectiū id fieri non posse clarum est, & extra controversiam.

Tertia sententia est, visionem ab intellectu beati vere ac physicè produci, seu quod id est, effectiū procedere. Authores inferius referimus: qui tamen rursum variant. Alij enim tribuunt eam efficientiam intellectui creato secundum suam virtutem natuam, atq; iuncto simul lumine gloriae, etiam ut principio quo principali; alijs solum secundum potentiam obedientialem, & ut in instrumento Dei, seu luminis gloriae.

Eodem modo quod ad alteram dubitationis partem attinet, admodum variè à varijs Doctoribus explicatur munus & causalitas seu concursus luminis gloriae circa visionem; prout nimis variè ipsi sententiant, vel de principio efficiente visionis ex dictis; vel de natura & ratione luminis gloriae, iuxta dicta dubia praecedent. ut in specie magis inferius declarabitur.

Assertio I. Intellectus beati vere ac physicè producit visionem beatificam. Ita S. Thomas hic q. 12.

art. 5.

art. 5. resp. ad 1. vbi ait, lumen creatum esse necessarium ad videndum Dei essentiam, non quod per hoc lumen Dei essentia intelligibilis fiat, que secundum se intelligibilis est; sed ad hoc quod intellectus fiat potens ad intelligendum, per medium, quo potentia sit potenter ad operandum per habitum. Idem supponit S. Thomas generatim, vbiunque agit de actibus supernaturabilibus, vt in 1.2.q.3.a.2.3.4. &c in 2.2.q.23.a.2. Idem docent Caetanus & alij recentiores Thomistæ hic q. 12. a. 5. item Molina ibidem d.1. Gregorius de Valentia q. 12. p. 3. Suarez de Deolib. 2. cap. 10. num. 5. & 8. Vasquez disp. 42. cap. 1. & d. 43. cap. 8. Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 1. num. 14. & 15. quia proinde hoc tempore est communis sententia Theologorum.

Probatur primò ex Scriptura simpliciter asserte, beatos Deum videre, vt patet ex dub. 1. Videre autem vel est formaliter actio videntis, aut certè terminus ab actione videntis productus, vt ex Philosophia constat. Secundo certum est, ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 5. & can. 4. actum charitatis, & alios actus supernaturales, etiam quoad substantiam, produci à potentia vitali hominis: cur non ergo etiam visio: cum virtute ex sua ratione sint actus vitales & intrinsecè supernaturales?

3 Tertiò acceditatio. Quia vel de ratione actus vitalis est, simpliciter & absolute loquendo, vt producatur à principio vitali intrinseco; videntur supponere Vasquez d. 46. num. 4. ex 1. 2. q. 3. a. 2. vocans eam sententiam magis communem Theologorum: vel certè non potest in subiecto exercere munus actus vitalis, adeoque subiectum constitueret seu denominare videntis, aut amans, nisi ab eo vere producatur, vt magis inclinat Suarez loc. cit. num. 7. & significat Molina loc. cit. post Capreolum, Ferrariensem, Caetanum, Sorum, apud Vasquez loc. cit. num. 2. et si quoad vtramque partem contrarium sentiat Gregorius de Valentia hic q. 12. p. 3. Aut denique, quicquid sit de absoluta Dei potentia, hic tamen certè eius producenda modus connaturalis est, vt à principio vitali intrinseco procedat, vt constat ex Aristotele lib. 2. de anima & lib. 9. metaph. text. 5. & communi omnium Philosophorum sententia. Cum ergo minimè dubitandum sit, visionem Dei, vt pote perfectissimam omnium operationum vitalium, ac status beatorum perfectissimi propriam modo etiam perfectissimo & rerum naturis maximè connaturali elici; non est dubitandum, eam effectuè procedere ab intellectu beati: quicquid Nominales superius citati, alijque in contrarium dixerint: est sententia illa haec tamen erronea censiū non possit; et si quidam ita censuerint apud Suarez loco citar. num. 6.

4 Assertio II. Intellectus beati producit visionem non tantum remote, & quasi per accidens, recipiendo ac sustentando lumen gloriae, à quo solo immediate visio producatur; sed etiam inmediate ac per seipsum suamque entitatem, vna cum lumine gloriae, influendo in visionem. Ita citati omnes pro praecedenti assertione contra secundam sententiam superius relatam, & colligitur ex citatis verbis S. Thomæ: nam & alij actus ad quos habitus, seu naturales, seu supernaturales dantur, non procedunt immediate à solo habitu, sed etiam à potentia una cum ha-

bitu. Idem probatur omnibus rationibus pro prædenti assertione allatis.

Ad fundamenta contraria sententiae responderetur, omnia & singula illa quae assumuntur, esse falsa. Ac nominatum quod ad postremum attrinet, non esse absurdum dicere, hominem se ipsum beatificare, efficienter: patet ex scriptura in simili, vbi dicitur homo se ipsum sanctificare & vivificare, 1. Ioan. 3. v. 3. Eremus qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Eccles. 2. v. 20. Qui timet Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Ezech. 18. v. 27. Cum auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, ipse animam suam vivificabit, &c.

Assertio III. Intellectus, accedente lumine gloriae, influit in actum visionis, per suam virtutem natam, habentem partiam saltem efficacitatem ad videndum Deum; & non per solam virtutem obedienciam. Ita sententia Molina 1. p. q. 12. art. 4. Vasquez d. 43. à num. 11. Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 1. num. 11. & habetur ex dictis dub. prædict. assert. 2. in fin. vbi diximus visionem esse connaturali intellectui in stricto lumine gloriae; quod etiam docent præter citatos, Ferrariensis, & Caetanus ibidem citati; tametsi Suarez loc. cit. num. 14. & in 3. p. tom. 1. d. 31. sect. 6. edit. vlt. contrarium sentiat, ratus intellectum ad visionem, & vniuersum omnes potentias ad supernaturales actus solum concurrere per potentiam obedienciam.

Ratio est: Quia vt rectè Molina dixit, coniunctio ex intellectu & lumine gloriae, ita est connaturaliter elicere visionem, vt miraculum esset, si non eliceret; & tamen solum gloria lumen connaturaliter non efficit, ex dictis assert. 2. Ergo etiam intellectus, & non solum lumen gloriae habet connaturalē vim (partiam tamen & incompletam) eam efficiendi. Secundo. Alter utique intellectus beati concurredit ad visionem, quam aqua ad iustificationem in baptismo aut quān concurredit eadem aqua ad visionem, si à Deo velut instrumentum visionis producētur & assumetur. Ergo intellectus concurredit ad visionem, non merè per potentiam obedienciam. Tertio. Visio est actus vitalis: Ergo à principio vitali (supposito lumine gloriae) quā tali, adeoque connaturaliter procedit: alias perinde esset, ac si ab intellectu effectuè procederet supernaturalis actus dilectionis. Quartò. Deus vt visibilis continetur aliquo modo intra latitudinem obiecti naturalis ipsius intellectus, quod est Ens vt Ens; vt dictum dub. 2. Ergo per vim naturalē intellectus, adiutum tamen ab auxilio & lumine supernaturali, potest attingi. Quintò. Si intellectus natura sua non haberet etiam vim aliquam partiam & incompletam ad visionem, tunc accessione luminis gloriae non constitueretur maior vis, seu principium perfectius ad visionem elicēdam, quam si Deus solo lumine gloriae efficeret visionem in intellectu: sed hoc videtur absurdum: Ergo. Idem vniuersum existimo probabilis esse, circa alios actus vitales supernaturales, à potentij vitalibus elicitos, quandoquidem potentie se ad eos liberè determinant; tametsi alioquin eadem de illis sit controversia, vt videre est apud Suarez ibidem.

An vero intellectus vna cum lumine gloriae sit

principium, quo principale visionis, ut vult Vasquez loc. cit. n. 14. & 15. an vero solum instrumentale, vt docent Suarez & Albertinus locis cit. communis est controversia cum omnibus actibus supernaturalibus à potentia naturali & habitu supernaturali procedentibus, de qua alibi agendum. Hic solum dico, neque lumen esse instrumentum intellectus, velu principij principalis, ut patet, cum id sit altioris ordinis; neque intellectus esse instrumentum luminis, licet ita quidam loquantur: cum tantum se habeat ad intellectum velut habitus ad potentiam; nec in carceris actibus supernaturalibus, intellectus aut voluntas, sit instrumentum habitus supernaturalis: alioqui voluntas scipiam non determinaret ad actus, sed determinaretur ab habitu; cum tamen habitibus eiusmodi libere vtatur, quando volum.

Affirio I V. Lumen gloriae 1. non datur ad recipiendam propriæ ipsam essentiam diuinam, per modum speciei intelligibilis: nec 2. propriæ & principaliter ad recipiendam visionem beatificam: nec 3. vt per modum speciei intelligibilis, ex parte obiecti, cum intellectu beati concurrat ad visionem: nec 4. est mera conditio, siue qua non, ex parte intellectus, ad visionem requirita; sed 5. ad hoc propriæ confertur, vt intellectus defectum in elicienda visione suppleat; adeoque vt una cum ipso, per modum aliorum habituum supernaturalium, effectus concurrat ad visionem. Hæc assertio quo ad omnes partes (primâ solum exceptâ, de qua controvèrtitur, vt dicimus) est quasi in terminis S. Thomæ hic quæst. 12. art. 5. vbi lumen gloriae vocat virtutem intelligendi superadditam potentie: Et in resp. ad 1. dicit, per lumen gloriae fieri intellectum potentem ad intelligendum, ad eum modum, quo per habitum potentia fit potentior ad operandum, vt etiam assert. 1. dictum. Etrursum ibid. art. 6. ait: Intellectus unus beati habebit maiorem virtutem seu facultatem ad videndum Deum, quam alterius. Facultas autem videndi Deum non competit intellectui creatoř secundum suam naturam, sed per lumen gloriae. Et ibid. ad 3. diuersitate visioni consert in diuersam facultatem intellectus, non quidem naturalem, sed gloriosam. Vnde perspicuit habetur, per lumen gloriae conferri vim & virtutem intellectui ad elicendam visionem. Eadem est communis recentiorum sententia; in specie Gregorij de Valencia quæst. 12. p. 3. Molina art. 5. disput. 2. Suarj lib. 2. de Deo cap. 15. num. 1. Albertini cit. coroll. 1. & aliorum. Probatur & declaratur assertio suggillatim quoad singulas partes.

Etenim prima pars ponitur propter Capreolum in 4. d. 49. quæst. 4. art. 1. & 3. Sotum quæst. 2. art. 4. Ferrariensem in 3. cont. gent. cap. 34. Caietanum hinc quæst. 12. art. 5. & alios recentiores Thomistas, qui docent lumen gloriae requiri, velut dispositionem passuum, seu materialem; ad eam visionem (quam ineffabilem dicunt) quæ sit inter diuinam essentiam, & intellectum in esse intelligibili. Quod colligunt ex S. Thomâ hinc quæst. 12. art. 5. vbi ait: Omne quod excedit suam naturam, oportet, quod disponatur aliqua dispositione; quæ sit supra suam naturam. Sicut se aër debet accipere formam ignis, oportet, quod disponatur aliqua dispositione ad tam formam. Cum autem aliquis intellectus creatus vi-

det Deum per essentiam, ipsa essentia sit forma intelligibilis intellectus. Vnde oportet, quod aliqua dispositio supernaturalis superaddatur ad hoc, quod eleuetur in tantam sublimitatem.

Quæ quidem doctrina dupliciter potest intelligi. Primo, vt significetur, lumen gloriae esse immēdiatè dispositionem passuum, ad aliquam formam & realem visionem inter Deum, & intellectum Beati: & hoc sensu falsa est; quia neque necessaria est talis visio; neque explicari potest, qualis sit, vt pluribus Vasquez disput. 43. à cap. 3. vsque ad 8. & Suarez cit. cap. 15. num. 21. Secundò potest intelligi de unione effectiu seu obiectiu, in eo sita, quod Deus obiectiu, seu per modum obiecti, quasi connaturali quodam debito ordinetur & concurredit cum intellectu instructo lumine gloriae, ad visionem; sicut adeo vniatim intellectui videntis: ita vt sit dispositio ad essentiam diuinam, in ratione obiecti; quia nimurum actiuitas illius obiecti, & concursus non est debitus, nec connaturalis intellectui, nisi eleuator lumine gloriae: & hic sensus est verus; sed non est aliiquid in re distinctum ab eo, quod est intellectum lumine gloriae proxime aptum reddi ad videndum, adeoque lumen simul cum intellectu effectiu concurrete ad visionem; vt recte Suarez citat. num. 21. & expōmet. S. Thoma intelligi potest; quando post verba antea citata, mox subiungit: Cum igitur virtus naturalis intellectus creatus non sufficiat ad Dei essentiam videndam, oportet, quod ex diuina gratia superaccrescat ei virtus intelligendi, nimurum per lumen gloriae. Idem ergo est S. Thomæ, intellectus per lumen gloriae disponi ad hoc, vt ei essentia diuina fiat (in actu secundo) forma intelligibilis, & superaccrescere ei virtutem intelligendi ad videndum Dei essentiam per lumen gloriae: quod etiam ex resp. ad 1. ibidem magis patet; vt dictum.

Secunda pars est contra Maiores in 3. dist. 14. quæst. 2. dub. 2. & in 4. d. 49. quæst. 4. qui cum satisfatur visionem effectiu procedere ab intellectu, dicit tamen, lumen gloriae solum dispositiu concurrete ad visionem recipiendam: quod multo magis assertere debentilli, qui admisso lumine gloriae, dicunt, visionem à solo Deo produci; ex quibus Gabriel, Durandus, & alij, initio huius dubij citati. Sed est sententia falsa: tum quia in Concilio Vienensis cit. Clement. Ad nostrum. de hereticis, absolute definitur, lumen gloriae esse necessarium ad Deum videndum: videre autem non est tantum pati, sed agere: tum quia plus est producere visionem, quam recipere: cum ergo intellectus non solum recipiat, sed etiam producat visionem, vt dictum assertione 1. ad producendam potius, quam recipiendam visionem necessarium erit lumen gloriae.

An vero simul etiam aliquo modo lumen gloriae dici possit dispositio ad visionem recipiendam; ita vt mediante lumine recipiatur visio in intellectu Beati, saltem ex consequenti, & absque eo, quod ipsum lumen gloriae sit potentia receptiva, non est quæstio magni momenti; & disputatur in vitramque partem probabiliter apud Suarez à num. 22. Rectius tamen Gregorius de Valencia quæst. 12. p. 3. Molina art. 5. disput. 1. conc. 3. & Vasquez cit.

d. 43. cap. 1. cum alijs simpliciter negant, concurtere ad visionem in genere causam materialis, & dispositiua ad recipiendum. Sicut enim intellectus potest per potentiam passiuam obedientialem immediate recipere ipsum lumen gloriae; ita etiam visionem beatificam, cum utrumque sit æque supernaturale. Et si ad actus charitatis, aliarumque virtutum supernaturalium, qualiteruis supernaturales recipiendos, non prærequisitur quædam dispositio passiva, cur ad recipiendam visionem? Neque vero S. Thomas auer oppositæ sententia, quam refutauimus. Non enim docuit, lumen gloriae esse dispositionem ad visionem recipiendam, sed porius ad efficiendam ipsam, ut superius dictum; & recte etiam quoad hoc notauit Sotus in 4. d. 49. q. 2. art. 4.

10 Tertia pars, non concurrere per modum speciei intelligibilis, est contra Vasquez cit. disput. 43. cap. 7. satiisque probata manet ex dubio præcedent. affert 4. Quibus addo, oppositam sententiam plane confundere efficientiam ex parte potentiae, cum efficientia ex parte obiecti: cum virtus quæ sit ratio diuersissima, vt videre est tam in habitibus voluntatis, quam intellectus. Aliud enim est species intelligibilis, ex parte obiecti supplex activitatem obiecti; aliud habitus operatius, ex parte potentiae, supplex defectum virtutis operatiuus ipsius potentiae: hoc facit lumen gloriae, ut expressè etiam docet S. Thomas q. 12. a. 5. non illud.

Neque propterea, quia Deus per modum speciei concurrit ad visionem, consequitur, lumen gloriae non esse necessarium, ut ratiocinatur Vasquez: quod perinde est, ac si quis dicat, ad actum fidei dari in intellectu speciem creatam; Ergo non opus est habitu fidei. E contrario vero si lumen gloriae per modum speciei intelligibilis, sive impressæ, concurreret ad visionem, tunc sane fatendum esset, intellectus cum solo lumine gloriae, non esse integrum principium efficiens (per modum causa secundæ) ipsius visionis: quod tamen ibidem cap. 6. contendit Vasquez: sed adhuc vterius defectus principij efficientis particularis à Deo splendens foret; non minus quam si in intellectu esset quidem species intelligibilis representans veritatem diuinitatis reuelatam, non tamen esset in eo habitus supernaturalis fidei, intellectum perficiens a credendum.

11 Quarta pars, non esse solam conditionem, est contra quosdam apud eundem Vasquez d. 43. num. 24. Probatur. Tum quia non potest explicari, cur requiratur talis conditio, si non habet propriam causalitatem. Tum quia si lumen gloriae solum est conditio, sequitur, intellectus etiam accedente lumine, nondum sufficienter esse instruatum ad elicendam visionem, vt mox dicetur.

Vnde probatur Quinta & ultima pars. Qui de fide certum est, naturales animæ potentias non esse per se, etiam in actu primo, ita instructas & perfectas, ut sufficientem & completam vim & efficacitatem habeant, ad elicendos actus intrinsecè supernaturales, qualem esse diximus visionem beatificam, ut suo loco docetur de Gratia 1. 2. quæst. 119. Ut ergo ad id connaturaliter, ac in actu primo sufficientes ac potentes reddantur, de-

bent aliquo auxilio supernaturali superaddito elevari ac perfici: tales sunt supernaturales habitus, seu in voluntate, seu in intellectu; ac in proposito ipsum lumen gloriae: qui proinde etiam ipse est habitus supernaturalis operatius, & quidem omnium præstantissimus, ut alibi docetur.

Ex quo fundamento etiam facilimè soluuntur omnia argumenta, quæ contra necessitatem luminis gloriae, etiam supposito concursu Essentiae diuinae, per modum speciei intelligibilis, à Vasquio, & alijs obiciuntur; vt opus non sit in illis soluendis habere. Quomodo autem, cum ad visionem nulla concurrat species impressa creata, intellectus agens, prout à possibili re vel ratione distinguitur, nullum ad visionem concursum habeat, ac proinde etiam ex sua parte opus non habeat auxilio luminis gloriae, ut vnde ipsi villam aut efficacitatem in ordine ad visionem Dei conferat, recte & facile post Capreolum in 4. dist. 49. artic. 3. quæst. 2. explicat Vasquez disput 45. cap. 2. quicquid in contrarium dixerit Richardus d. 49. art. 3. quæst. 2.

## D V B I V M V.

*An, & quanam ratione, videntium essentiam Dei, unus alio perfectius Deum videat; num ob solam etiam maiorem perfectionem naturalem intellectus.*

S. Thom. 1. p. q. 12. a. 6.

Pocedit hæc quæstio non solum de animabus, seu hominibus beatis, sed etiam de Angelis; sive inter se, sive cum hominibus conferantur. Nec est fere nisi cum hereticis controversia quæ ad questionem An est; sed de modo tamen & ratione, seu causa eius diuersitatis Scholastici etiam hodie inter se disceptant, ut inferius patet.

Affirmatio I. Beati non æquali perfectione omnes diuinam essentiam contuentur; sed alij perfectius, quam alij. Ita S. Thomas hic quæst. 12. art. 6. & in 4. d. 49. quæst. 2. art. 4. & in 3. cont. gent. cap. 56. alijque Scholastici omnes ibidem singulis suis locis. Et est de fide contra Iouinianum apud S. Hieronymum lib. 2. contra eundem, qui docuit, paria esse omnia Beatorum præmia & merita. Idem fere docuit Lutherus in sermone quodam de Nativitate B. Mariae Virginis: quem communiter sequuntur huius temporis sectarij ex eo fundamento, alibi refellendo, quod homines formaliter sint iusti, per ipsam iustitiam Christi: quos refellit Bellarminus lib. 3. de iustificatione, cap. 16.

Probatur assertio ex Scriptura Ioan. 14. v. 2. In domo patri mei mansiones multæ sunt, 1. Corinth. 15. v. 41. stella differt a tell. claritate; scilicet resurrectio mortuorum, 2. Cor. v. 6. Qui parere seminat, parere & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Quibus locis etiā SS. Patres speciatim S. Hieronymus loco citat. & S. Augustinus lib. de sancta virginitate. contra Iouinianum vñi sunt; proinde iam olim etiam à SS. Patribus ob eum quoque errorē damnatum. Idem definitur in Concilio Theleni sub Siricio Papa, vel vt existimat Suarez lib. 2. de Deo Cap. 20. in alia quadam Synodo Provinciali Italica, cuius est epistola 81. ad eundem Siricum inter epist. S. Ambrosij. Idem habetur in Concilio Florentino sess. vlt. decreto unionis, vbi definitur, defunctos seu defunctorum *animas* (satis) purgatas in Cœlum mox recipi, & intueri clare ipsum Deum trinum & unum, scutis est; pro meritorum tamen diuersitate, alium alio perfectius.

Idem probatur optima ratione S. Thomæ ibidem. Quia vbi principium videndi est perfectius, illuc etiam est perfectior visio. siquidem perfectio effectus respondet perfectioni causa: sed lumen gloriae, quod est immediatum principium visionis, in uno perfectius est quam in alio, pro diuersitate charitatis & meritorum huius vitae; ergo & visio ipsa in aliquibus Beatis perfectior erit, quam in alijs. Quia ratio efficaciter concludit, saltem, si cetera sint paria. Plura inferius. Quia de causa etiam non audiendus Durandus in d. 49. q. 2. n. 27. qui etiā Catholicam doctrinam de inæqualitate visionis Dei fateatur veriorem & tutorem, contraria tamen significat esse probabilem.

Denarius vero ille uniformis Matth. 20. v. 10. qui pro opposita sententia obiecitur, nihil aliud significat, quam idem obiectum beatitudinis Deum; seu eandem beatitudinis aeternitatem, seu vt loquitur Apostolus 2. Cor. c. 4. v. 17. *aeternum illum gloriae pondus*; minimè vero æqualem perfectionis modum in ipsa visione Dei; v. SS. Patres communiter, speciatim Hieronymus & Augustinus loc. cit. item S. Thom. 1. 2. q. 5. a. 2. & alij Theologii ibidem & in d. 49. interpretantur, & crede defendit Suarez lib. 2. de Deo cap. 20. à num. 8. contra nouam & singularem quādām expositionem Janßenij in Concord. cap. 101. & Vafquij disp. 47. c. 4. qui totam illam parabolā longe aliter, & ingeniose quidē, sed vt existimo parū ad textū accommodatè, interpretantes, ad solā distributionē gratiæ diuinæ, quā De⁹ diuidit singulis, prout vult, referit.

Assertio II. Non tamen ideo omnes homines inæquales futuri sunt in beatitudine: de Angelis res est incerta. Ita ex communi Suarez li. 2. c. 20. n. 7. contra Paludanū in d. 4. q. 1. qui sine fundamento dixit, omnes homines, & multò magis Angelos, futuros inæquales in beatitudine. Siquidem de hominibus contrariū constat, in infantibus statim post baptismū mortuis; qui cū in æquali gratia ex hac vita decesserint, æquali vtique gloria patientur. Idem est probabilius de multis adulstis. De Angelis res est incerta ideo, quia non constat, an omnes & singuli specie inter se differant; vt suo loco dicetur: si enim non omnes specie differant, credibile est, aliquos gloriæ patres esse.

Assertio III. Diuersitas illa visionis Dei, seu perfectionis videndi Deum, non se tenet ex parte obiecti primarij per se vñi; quasi ex ijs, quæ in Deo formaliter existunt, plura videat, unus,

quam alius; sed ex parte ipsius visionis; eo quo d vna sit perfectior & clarior alterā, etiam respectu eiusdem obiecti primarij. Ita S. Thomas cum commentatoribus omnibus hic quæst. 12. art. 6. ad 3. & communis Doctorum in 4. d. 49. Ratio primæ partis est. Quia cum in Deo omnia, quæ in ipso sunt formaliter, sint vna simplicissima entitas & essentia ipsius Dei, impossibile est, essentiam videiri & non omnia illa videri; itaque aut totum quod in Deo est videtur, aut nihil: secus quam in rebus corporalibus & compositis accidit, vt recte Vasquez d. 47. num. 43. & magis patet contra nonnullos Scolasticos dub. 7.

Altera pars sequitur ex præcedenti; quia in visione ipsa Dei per se (seclusis obiectis secundarijs, que ad rem non spectant) duo tantū spectari possunt; nimis obiectū ipsi⁹ primariū, quod est De⁹; & modus ipse, seu intrinseca perfectio act⁹ vidēdi, quæ generali nomine dici potest claritas visionis: vt accedit in visu corporali, cū alijs perfectius & clarius eandē rem corporalibus oculis intuentur, seu ob diuersitatē luminis in obiecto, seu ob maiorem perfectionem ac perspicaciam oculorū.

Assertio IV. Diuersitas illa perfectionis, secundum quam in diuersis beatis variatur visio, non est essentialis sive specifica; sed solum individualis, posita in maiore vel minore intentione ipsius visionis: ac proinde visio Angeli non est secundū speciem perfectior, quam homini. Ita post Durandum in 3. d. 14. q. 1. num. 8. & in 4. d. 49. quæst. 6. Marsilius in 3. quæst. 10. art. 2. Sotum in 4. d. 49. q. 3. artic. 2. ex communi docent Suarez lib. 2. de Deo cap. 10. Vasquez disput. 47. Idem supponit in hac tota quæstione S. Thomas, præsertim a. 6. vbi generatim docet, inæqualitatem visionis solum oriri ex diuersa perfectione luminis gloriae, que proinde inæqualitas non potest consistere in aliqua differentia specifica; nec oriri ex diuersitate specifica naturarum intellectualium, à quibus elicitor visio. Idem docent etiam ceteri Thomistæ, vt mox dicetur.

Contrarium tamen sentit Maior in 4. d. 49. q. 11. qui vniuersim assertit, visionem Angeli, ex ipsa suaratione specifica semper esse perfectiorem, quam sit visio hominis; etiamq; uterque & paria merita, ac gratiam in via habuerint, & æquale lumen gloriae habeant. Probat. Quia visio humana, & visio Angelica necessario inter se specie differunt, tanquam effectus, qui à diuersis specie principijs postulantur, produci: non secus quam intellectio naturalis, aut etiam ipsa potentia intellectiva eiusdem hominis & Angelij: Ergo necessarij visio Angelica est ordinis superioris, & ex sua specie perfectior, quantacunque quoad intentionem fiat humanæ visioni accessio. Addit nihil minus Maior, non ideo tamen etiam visionem in ratione beatitudinis esse maiorem & perfectiorem.

Sed hæc sententia falsa est, & improbabilis, & contra communem Theologorum, vt dictum. Probatur assertio. Tum, quia alias, cum in visione consistat beatitudo, quiis Angelus quovis homine, adeoque etiam Christo, effet

estet beatior; quia fieri non potest, ut perfectior visio ipsius essentiae diuinæ, non sit etiam perfectior beatitudo; iuxta commune illud axioma; sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis; quicquid Maior dixerit: atque hoc est erroneum, ut ait Sanctus Thomas 1. part. quæst. 108. artic. 8. & in 2. distinct. 9. quæst. 1. artic. 8. & lib. 3. cont. gent. capit. 53. & 57. cum in beatitudine homines futuri sint æquales Angelis Matth. 22. vers. 30. & Luc. 20. vers. 36. Tum quia habitus gratiæ & charitatis, tam in Angelis, quam in hominibus sunt eiusdem specie; ut cum S. Augustino lib. de correptione & gratia cap. 11. & lib. 12. de ciuitat. Dei cap. 9. & Anselmo de casu diaboli capit. 1. & seq. habet communis & certa Theologorum sententia. Ergo & lumen gloriæ, ut argumentatur etiam Sanctus Thomas quæst. 9. de verit. art. 1. ad 17. Ergo & visio. Quia ut recte referunt Sotus & Vasquez loc. cit. specifica diuersitas effectus desumi debet à diuersitate principijs non generalis, sed particularis & specifici: principiū autem specificum visionis constituit, tū ipsam esse essentia diuina per modum obiecti, & speciei; tum lumen gloriæ: quæ duo vniuersalem & indefinitam intellectus efficacitatem ad specificam rationem actus visionis determinant: Ergo si hæc specie non differunt in visione Angeli & hominis, nec ipsæ visiones inter se specie different. Quæ argumentatio pariter etiam procedit de actibus charitatis & virtutum supernaturalem. Addit Suarez n. 10. quod mihi etiam probatur; probabile esse, nec posse quidem de absoluta Dei potentia esse in visione Dei creatæ diuersitatem specificam; propter unam & eandem rationem invariabilem obiecti.

Ad fundamentum Maioris respondetur, posse à diuersis specie causis cūdē effectū specie produci; & visionem Angelicā ac humānā non requiriere specie diuersa principia, ex ratione sua specifica & essentiali, sed individuā tantū, seu accidentalī: nimis ratione subiecti; quia in Angelo est alia specie natura; & ex consequenti, alias specie intellectus, ut suo loco dicetur, quā in homine; cū tamē etiā aliis nō esset, nihilomin⁹ idē qui nūc est, in vitroque est effectus, ac essentialis ratio visionis.

Assertio V. Diuersitas visionis Dei, secundum maiorem perfectionem in tensionis, per se nō oriatur ex maiori perfectione naturali intellectus: ac proinde intellectus beati naturaliter perfectior, cū æquali lumine gloriæ, nō perfectius ac intensius videt Deū, quā intellect⁹ imperfectior. Ita S. Thomas hic q. 12. a. 6. in corp. & ad 3. vbi ait, attendendum esse diuersam visionem secundum diuersam facultatem intellectus non naturalem, sed gloriosam. Idem docent Henricus quodlib. 10. q. 6. Ferrarien. lib. 3. cont. gent. cap. 55. & 58. Sotus in 4. d. 44. q. 3. a. 2. Barthol. Medina in 1. 2. q. 3. art. 2. Bannes, Zumel, alijque recentiores Thomistæ hic quæst. 12. art. 6. item Molina a. 6. d. 2. Gregorius de Valentia q. 12. p. 4. Suarez l. 2. cap. 21. n. 4. Vasquez d. 47. cap. 6.

Etsi contrarium docuerint Scotus in 3. d. 12. q. 3. & in 4. d. 50. q. 6. Richardus dist. 49. art. 2. q. 8. Gabriel in supplem. eadem d. q. 2. a. 3. Maor q. 10.

Durandus, Paludanus in 3. d. 14. Holcoth in suis determinationibus q. 8. ar. 1. ad 4. quos sequitur. Caietanus in 3. p. q. 10. a. 4. in eandem sententia referens S. Thomam ibidē ad 2. sed sine causa. Fundamentum huius sententiae est. Quia quandounque crescit actiuitas principiij, siue cause adæquate sumpta, siue principalis illa sit, siue instrumentalis, simul crescit etiā perfectio operationis, ut inductione patet, & ratione; quia perfectio effectus, non minus quam ipse effectus, dependet a causa adæquate sumpta nō solū à partiā: sed in nostro proposito, quādo ceteris paribus, ex vni⁹ parte intellectus videntis naturaliter perfectior est, crescit actiuitas cause adæquate sumpta respectu visionis; quæ proinde actiuitas etiā perfectior est; Ergo etiā crescit visio; ac proinde maior est perfectio visionis tanquam effectus. Et confirmatur. Quia nō solū perfectior causa cū æquali instrumento, vel causa, sed etiā æqualis causa cū perfectiori instrumento, perfectius operatur, ut in scribente eodem per calamū meliore patet. Ergo siue dicamus, intellectū esse causam principale, lumē vero instrumentalē; aut ē contrario; siue dicamus neutrū esse instrumentum alteri⁹, sed esse duas causas subordinatas ad eundē effectū per modū vnius concurrentes, semper fatendū erit, ab intellectū perfectiori, cū æquali lumine perfectius Deum videri. Accedit quod simile quiddā nunc re ipsa videatur accidere, in actibus dei; qui ceteris paribus perfectius eliciuntur ab intellectū perfectiori.

Sed contraria sententia S. Thomæ est verior, vt dictum, & retinenda. Fundamentum Theologicum & a posteriori est. Quia alioqui primum, beatitudinis simpliciter non responderet meritis, & gratiæ huius vitæ. Fore enim beatior intellectus naturaliter perfectior, cum æqualib⁹ meritis: nisi quis dicat, aut Deū miraculose concursum suum subtracturum, stante æqualitate luminis, ad perfectiorem visionem; si quo casu habens perfectiorem intellectum, non haberet merita maiora; aut lumen gloriæ non respondere meritis & gratiæ huius vitæ: quorum utrumque est absurdum: primum, quia ea ratione connaturalis agendi modus in beatis, præter consuetum & decentem naturæ ordinem, impeditur: secundum; quia non solum est contra communem Doctorum sententiam; sed etiam quia cum ipsum per se lumen gloriæ sit maximum bonum & ornamentum, ac etiam primum & perfectio beatorum; cui nulla perfectio naturalis æqui, æquiparari potest; sequeretur, habentē perfectiorem intellectum, eo casu fore deterioris conditionis, & absolute minus primum recipere, quam recipiat is, qui cum minore perfectione naturali intellect⁹ accipit maius lumen gloriæ.

Rationem eiusdem assertionis à priori regre mihi exposuisse videtur Suarez loco citato. Quia vel intellectus beati concurrit ad visionem solum per potentiam actiuum, supernaturalem, nullam videlicet habens in se actiuitatem naturalem ad visionem, ut quidem sentit ipse Suarez; & tum negatur maiorem esse actiuitatem in intellectu profectiori respectu visionis, si lumen æquale sit; cum potentia obediens.

obedientialis actua non sit minor in intellectu imperfectori : vel intellectus creatus concurrit ad visionem per potentiam & actitatem naturalem, vt nos docuimus dub. praece. & tum est quidem actititas maior perfectioris intellectus, respectu etiam ipsius visionis, sed solum incompleta & imperfecta ex suo genere ; ita vt ex se, nisi aliunde perficiatur, nec mediatae, nec immediatae quicquam conferat ad effectum visionis : sed solum quatenus & in quantum elevarat à lumine gloriae : qua de causa etiam nihil ipsa conferre potest ad maiorem & perfectiorem visionem, stante æquali lumine. Siquidem vniuersum perfectio operationis seu effectus non crescit, crescere actitatem principij, seu causa adæquate sumptæ (sive principalis illa sit, sive instrumentalis) nisi causa illa ex se conferat, vel ad partem aliquam effectus, vt est partialis concursus tractonis, vel ad aliquid præsumt effectui, à quo perfectio effectus dependet, vt sunt instrumenta artis respectu effectus artificialis. Quod si neutrum accidat, vt sit in praesenti, tum perfectio maior instrumenti nihili uuat ad perfectorem effectum. Ut si duo scribae, quorum alter in ea arte perfectior, non ex se scribant aliquid, sed totum vt moti à manu perfectioris scribæ, tunc enim scripturæ elegantia & perfectio respondet solum manui regentis, non arti manus, qua regitur.

Atque idem seruat proportione, dicendum est de omnibus actibus supernaturalibus, etiam huius vitæ : in quibus tamen hoc est discrimen, quod in hac vita auxilium supernaturale, quo actititas intellectus seu potentiae completur, non solum est habitus præexistens ipsius virtutis, sed etiam auxilium actualis gratia : quo sit etiam, vt actus elici possint intensiores ipso habitu præexistenti ; quod in patria, vbi habitus operatiui crescere amplius nō possunt, iuxta legem à Deo constitutam, non accidit. Quod vero in specie ad fidei actus pertinet, nō sunt iij per se ac in se perfectiores respectu perfectioris intellectus, carteris paribus: et si actus qui præsupponuntur fidei, vt est naturale iudicium de credibilitate fidei, item apprehensionis terminorum &c. soleant esse perfectiores in perfectiori intellectu : qua ratione, etiam per accidens conferre potest perfectior intellectus ad concipiendum perfectorem fidei assensum, vt recte etiam Suarez & Vasquez locit. E quibus etiam patet Responsio ad fundatum contraria sententia.

Assertio VI. Diuersitas visionis beatificæ, quoad perfectionem intentionis sive claritatis adæquate respondet, tum simili diuersitati luminis gloriae, velut rationi & causa immedia-  
tæ, tum diuersitati meritorum, seu gratiae & charitatis huius vitæ, velut causa mediatæ. Ita Sanctus Thomas hic quest. 12. artic. 6. & omnes citati pro præcedenti assertione. Et colligitur ex dictis. Quia cum lumen gloriae sit causa immediate effectiva visionis, cui absolute etiam secundum intentionem proportionatur visio, vt & ipse etiam concursus actualis Dei ad eandem visionem, negari non potest eam-

esse immediatam causam eius diuersitatis, qua est in visione secundum intentionem. Et quia rursum essentialis beatitudo, qua in visione consistit, proportionæ quadam responderet meritis huius vitæ, sive, vt fit in adultis, meritum locum habuit ; seu vniuersum tum in illis, tum in ipsis etiam parvulis, qui carent meritis, intentioni gratiae iustificantis ac charitatis huius vitæ, vt suo loco in 1. 2. docetur ; ideo etiam diuersitas visionis beatificæ, secundum intentionem seu claritatem mediate responderet meritis, seu intentioni gratiae & charitatis huius vitæ : ita vt qui æqualem gratiam sanctificantem ac charitatem (qua itidem aut est ipsa gratia sanctificans, aut gratia sanctificanti responderet) in hac vita haberunt, æquale etiam lumen gloriae, ac proinde etiam æqualem visionem beatificam quoad intentionem & claritatem, habituri sint. Eodemque etiam modo intelligendum est Concilium Florentinum citatum assert. 1. quod vniuersum in meritorum diuersitatem visionis inæqualitatem refert. Quomodo vero visio beatifica etiam variari in beatis possit per respectum non ad principale obiectum, seu ipsam essentiam diuinam (de qua re hactenus actum) sed ad obiecta secundaria, nimirum creata, inferius dicetur dub. 9.

Assertio VII. Non obstante inæqualitate visionis, beati omnes habent appetitum tum naturalem, tum etiam elicitem, respectu eiusdem visionis perfecte satiatum. Est communis, & colligitur ex psalm. 16. v. 51. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Ratio sumitur ex dictis. Quia naturalis appetitus, seu capacitas propinquæ visionis responderet lumini gloriae, cui adæquatæ visio, vt dictum : elicitus vero tum regulæ diuinae voluntatis, à qua beati nunquam desciscunt, nec omnino possunt desciscere ; tum proportioni charitatis, adeoque ipsius luminis gloriae, vt docet etiam S. Thomas hic quest. 12. a. 6. plura de hac re in 1. 2.

#### D V B I V M VI.

*Vtrum Deus etiā comprehendendi possit ab intellectu creato; & in quo hac incomprehensibilitas DEI consistat.*

S. Thom. 1. p. q. 12. a. 7.

N Otandum primò. Comprehensionis vocabulum à sensibus ad intellectum traductum, duobus modis accipi, vt optimè notauit S. Thomas hic q. 12. artic. 7. ad 1. Primò latè, vt opponitur insecuritati, & aliud non est, quam consecutio seu adpetio rei, quam quis insecurus fuit. Secundò strictè, quatenus significat aliquid includi à comprehidente. Quod ad intellectum relatum, nihil aliud est, quam cognitio rei adeo perfecta, vt sit etiam totalis & obiecto adæquata. Ad quem modum etiam dixit S. Augustinus lib. 12. de ciuitat. Dei capit. 18. *Quidquid scientia comprehenditur, scientis cognitione finitur.* De compre-

henfione priore modo non est hic quæſtio; ſiquidem tam ex fide certum eft Deo v m poſte comprehendi; quam quod à beatis videri poſit, imo recipia videatur; vt dictum dub. i. cum comprehenſio hæc conſiftat in ipſa Dei viſione: quo ſpe-  
ctat illud Philipp. 3. ver. 12. Sequor autem, ſi quo modo comprehendam. Et 1. Cor. 9. v. 24. Sic currite, ut comprehendatur.

Quæſtio ergo in præſenti eft, de comprehenſione ſolum poſterioro modo: quo ſenſu gene-  
ratim loquendo de quæſtione An eft, inter Scholaſticos controverſia non eft, ſed ſolum de qua-  
ſtione quid eft, ſeu particuliari modo ac ratio-  
ne incomprehenſibilitatis. Etenim qui Deum  
dicerent ab intellectu creato vndequeaque poſſe  
comprehendi, ſoli fuerunt hæretici, nimurum  
Anomei eorumque Antefignani Eunomius &  
Aetius, de quibus dictum ſupra. dub. i. qui etiam dixerunt, non ſolum poſſe Deo v  
creature comprehendere, ſed etiam ſe recipia Deum  
ita perfectè comprehendere, vt ipſe ſe; quos  
idcirco ex iſtituto damnant SS. Patres, ut vide-  
bimus.

<sup>2</sup> Quod verò attinet ad quæſtionem Quid eft,  
ſeu in quo Incomprehenſibilitas illa Dei pro-  
priè conſiftat, varia admodum eft Scholaſti-  
corum ſententia, quæ varietas ut explice-  
tur.

Notandum ſecundò, duplēm in genere  
conſtitui poſſe Incomprehenſibilitatem Dei, iux-  
ta illam ipſam rationem & ſignificationem no-  
minis ſuperius loco ſecundo declarata, vnam  
ex parte obiecti; alteram ex parte actus ſeu cogni-  
tionis. Quæ tamen diuifio aliter à Sancto  
Thoma hic quæſt. 12. artic. 7. aliter à recenti-  
oribus accipi videtur. Nam Sanctus Thomas  
ibidem ad 3. ſignificat, id eſe incomprehenſibile  
ex parte obiecti, tum quod ſecundum ſe  
totum cognosci non poſteſt; tum etiam illud,  
quod non totaliter ex parte modi cognoscendi:  
quia videlicet obiecti cognoscibilitas ex ſe  
maior eft, quam vt ab illa creatâ cognitione  
poſſit exequari. Ex parte verò cognitionis, in-  
dicat generatim eſe incomprehenſibilem quod  
ab intellectu non poſteſt cognosci perfectissima  
cognitione absolute poſſibili. Recentiores ve-  
rò Theologi communiter illud ſolum vocant  
incomprehenſibile ex parte obiecti, quod non  
poſteſt ſecundum ſe totum, & quidquid in ſe,  
vel formaliter vel eminenter continent (con-  
tinuum illi vocant formalem, & eminentiale, ſeu  
virtuale) cognosci. Ex parte verò ipſius co-  
gnitionis Incomprehenſibile vocant, quod non  
cognoscitur modo perfectissimo, nec ita cog-  
nosci poſteſt; ſive ipſa obiecti cognoscibilitas  
adeo perfectam ex ſe cognitionem depositat, fi-  
ue non.

Notandum Tertiò, ex hiſ varijs modis In-  
comprehenſibilitatis, in præſenti nullam quæſti-  
onem eſe de Incomprehenſibilitate ex parte  
cognitionis, iuxta modum loquendi S. Thomæ,  
ſive etiam aliorum Theologorum, ſecundum  
quem Incomprehenſibile dicitur intellectui cre-  
ato, quidquid ab eo cognosci non poſteſt cogni-

tione perfectissima absolute poſſibili; ſiquidem  
conſtat, ſolum Deum ita à ſeipſo cognosci; præ-  
ſertim cum Incomprehenſibilitas hoc modo ac-  
cepta respectu creati intellectus quibuslibet eti-  
am rebus creatis communis, adeoque per ſe etiam  
plane impriopria ſit: quidquidem nulla res crea-  
ta ab illo creato intellectu cognosci poſteſt cog-  
nitione perfectissima absolute poſſibili; ſed ſolum  
ab ipſo Deo, cuius cognitione omnem creatam ſci-  
entiam infinite ſuperat. Solum ergo controverſia  
eſt de incomprehenſibilitate ex parte obiecti,  
iuxta modum loquendi S. Thomæ; & recentio-  
rum; aut etiam de incomprehenſibilitate ex parte  
cognitionis, iuxta modum loquendi recentio-  
rum; quando modus cognoscendi non exæquat  
cognoscibilitatem rei, quam res ex ſeipſa habet;  
quam tamen incomprehenſibilitatem diximus à  
S. Thoma comprehendere ſub incomprehenſibili-  
tate ex parte obiecti.

His poſtis, ex Scholaſticis aliqui defendunt in-  
comprehenſibilitatem Dei iuxta poſteriorē mo-  
dum tantum; alij vero iuxta priorem: in quibus  
tamen rurſum eft quedam diuerſitas. Quidam e-  
nī ſolum dicunt, Deum ex parte obiecti incom-  
prehenſibilem, ſecundum continentiam eminen-  
tiam, alij verò etiam ſecundum continentiam  
formalem, vt mox diuine explicabimus.

Prima quidem eft ſententia Nominalium, qui  
vt tam ex parte obiecti, quam cognitionis, Deum  
incomprehenſibilem defendant, ſuo philoſophā-  
dimore ad varios, & quodam etiam parum ſolidos & accommodatos comprehensionis modos &  
ſignificatus conſugunt: quorum nonnulli iam  
ſunt à præſenti controverſia excluſi: Notandum  
inquit Gabriel in 3. d. 14. q. vn. dub. 7. quod comprehendere accipit quinque modis, ut dicit Ockam q. 12.  
quarū. Primo modo eft videre aliquod viſibile, ita ut nihil  
eius lateat; & ſic comprehendere eft diſtincte videre. Secu-  
do modo eft videre aliquod totum, & diſcernere inter par-  
tes eius. Terțio modo eft videre aliquod viſibile perfectissima  
viſione, qua videri poſteſt. Quarū modo comprehendere, eft  
cognoscere aliquid ſub omnibus praedicati ſibi conuenienti-  
bus. Quinto modo eft cognoscere intellectione habente talement  
proportionem ad alias intellectiones, qualibet obiectum  
ad alia obiecta. Et inſra: Primo modo dicitur, quod quic-  
quid videt eſſentiam diuina, comprehendit eam &c. Se-  
cundo modo eſſentia ſeu verbum a nullo comprehendendit: quia  
non habet partes inter quas diſcerni poſt. Tertio modo non  
poſteſt comprehendere niſi ab intellectu ſuo, quia omni cognitione  
creata perfectior eft viſio increata. Neq; alia creature  
illo modo comprehendendi poſteſt, niſi à Deo. Quarū modo ſimi-  
liter non poſteſt comprehendendi niſi à ſeipſo: quia ipſe ſolum  
nouit omnia praedicata ſibi conuenientia. Si & quintomo-  
do ſolum comprehendit ſeipſum: quia ſicut cognitione increata  
in infinito excedit omnem cognitionem creatam, ita obie-  
ctu increatum infinito excedit omne obiectum creatum,  
&c. His tribus ultimis modis communius accipitur com-  
prehendere, qui ſoli Deo conuenient respectu obiecti incre-  
ati Haſtentus Gabriel ex ſua, & aliorum Nomina-  
lium ſententia.

Sed de primo modo comprehensionis nulla eft  
hōc loco quæſtio; conſtat enim, Deum hoc modo  
incomprehenſibilem ſimpliciter non eſſe, vt  
ſuperius dictum. Secundus modus eft ſicutiūs,  
loquen-

loquendo de comprehensione in genere; quæ in se comprehensa nullas requirit partes. Tertius modus ad comprehensionem propriè non requiritur; alias enim nec Angelus inferior à superiore; nec ex ijs quilibet à seipso; nec vila creatura vel ab Angelo, vel ab homine comprehendetur: quare iam antea etiam monimus non esse, hoc loco questionem de incomprehensibilitate huic modo comprehensionis opposito. Quocirea tribus his modis omisssis, solum de duobus posterioribus modis cōprehensionis, seu duob⁹ potius oppositis modis incomprehensibilitatis est quæstio; quorum vnu est ex parte obiecti, alter ex parte cognitionis, iuxta modum loquendi recentiorum: Et licet Nominales verbis quibus referunt quartum modum non satis explicit, an Deum eo modo existimant incomprehensibilem ex parte obiecti, secundum continentiam etiam formalem; an vero secundum continentiam eminentiam: tamen de posteriori solum locutus esse colligitur ex primo modo, & referunt Suarez mox citandus & Vasquez, disp. 53. c. 3. eam verò Nominaliū sententia plurib⁹ etiam refellunt Vasquez l. c. & Albertinus tom. I. pri. 1. coroll. 2. p. 3.

Secunda sententia est, Deum propriè incomprehensibilem ex parte obiecti, secundum continentiam eminentiam tantum; nimur quia non potest ita perfecte videri à creatura, vt ex vi talis visionis cognoscantur & comprehendantur omnia, quæ in Deo sunt eminenter. Ita Suarez lib. 2. de D e o. c. 29. numer. 9. & 13. & fusse in 3. part. d. 26. sect. 2. & 3. & Vasquez l. parte d. 53. cap. 4. qui tamen hoc singulari fundamento nititur, quod ex vi ipsius visionis Dei nulla penitus creatura videatur; de quo dub. sequenti. Refert & refellit hanc sententiam Albertinus loc. cit. p. 4.

Tertia sententia est Victoria, uti referritur, quæ sequuntur Albertinus cit. coroll. 2. p. 6. & 7. & quidā recentiores; quibus etiam adiungitur a nonnullis Caietanus; & non parum fauet Ferrariensis I. cont. gentes cap. 56. Deum incomprehensibilem dici, & esse, ex parte obiecti etiam secundum cōtentiam formalem: quia non cognoscatur perfectio diuinæ essentiae secundum omnes gradus suos virtuales; ita vt quamvis omnia prædicta intrinseca quæ sunt diversæ rationis in Deo, cognoscantur à beato; tamen nulla perfectio intrinseca Dei possit ita perfectè cognosci, secundum omnem suum gradum, quin præter gradum perfectionis cognitum, semper alij. plures in infinitum superflint, qui cognoscēt lateant: sive quia ad hoc requiratur lumen infinitè intensum; quod impossibile est dari; vt ex his Authoribus recentiores illi cum Victoria dicunt; sive quia ad hoc requiratur cognitio simpliciter infinita, vt docet Albertinus; qui putat, non implicare contradictionem, dari lumen, seu cognitionem infinitè intensam. Exemplo rem declarat Albertinus in visione albi intensi; quod à longè subfuscum appareat, et si tota albedo videatur. Item exemplo foliis; qui licet totus videatur, vix tamen à nobis palmaris conspicitur. Refellit hanc sententiam Vasquez d. 53. n. 2. tanquam planè improbatum,

& absurdam, nec satis fidei consonam. Eadem Suarez lib. 2. cap. 22. n. 16. vocat falsam & improbabilem. Ab his omnibus diuersa est quarta sententia S. Thomæ hic, & communis Scholasticorum, vt dicemus.

Affertio I. Deus aliquo sanè proprio & vero sensu à creato intellectu penitus incomprehensibilis est, nō solum secundum ordinariam, sed etiam absolutam Dei potentiam. Ita S. Thomas hic quæst. 12. a. 7. & in 4. d. 49. q. 1. art. 3. & lib. 3. cont. gent. cap. 53. & de verit. q. 8. a. 2. Idem Scholastici in 3. d. 14. & hic cit. q. 12. art. 7. Omnes vno ore affirmant: & est de fide, abstrahendo à particulari modo incomprehensibilitatis, vt recte Sotus in 4. d. 49. quæst. 3. a. 1. Molina hic a. 7. & Suarez lib. 2. de D e o cap. 5. num. 6. & 3. part. Tom. 1. d. 26. sect. 2. licet id de fide esse non agnoscat Vasquez d. 53. num. 3. Probatur primò ex Scriptura sacra, quæ ita de Deo loquitur, Iob. 11. v. 7. *Forstan vestigia Dei comprehendes, & usq; ad perfectum omnipotentem reperies?* Quæ verba licet sint Sopharis Naamathitæ, sunt tamen à sanctis Patribus tanquam fidei consona recepta. Itē Ierem. 32. vers. 19. *Dominus exercituum nomen tibi, Magnus consilio, & incomprehensibili cogitatu.* Rom. 11. v. 33. *O altitudo dimitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibia sunt iudicia eius, & inuicibilis via eius.* 1. Tim. 6. vers. 16. *Qui sola habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem.*

Secundo idem probatur ex definitione Ecclesiæ. Etenim in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. Cap. Firmiter, de Summa Trinitat. & fide Cathol. ita definitur: *Firmiter credimus, quod unus solus sit Deus, æternus, immensus, & incommunabilis, incomprehensibilis.* &c. vbi eodem modo Deus incomprehensibilis dicitur, quo incommunabilis; vtique etiam secundum absolutam Dei potentiam: quidquid in contrarium ad eneruandam huius definitionis vim, contra communem glossetur Vasquez d. 52. n. 10. ratus solum dici rationalibus creaturis natura sua consideratis incomprehensibilem; eo quod ibidem etiam dicitur *ineffabilis*, qui tamen Beatis non est ineffabilis. Sed vt recte notauit Albertinus tom. I. coroll. 2. p. 1. Sicut nemo totaliter & perfectly undequare Deum intelligere, ita nec eloqui potest: quare etiam Beatis non minus est ineffabilis, quam incomprehensibis. Huc spectat, quod Concilium Basileense sess. 22. damnauit inter alias etiam hanc propositionem Augustini de Roma, dicentis; *Anima Christi videt Deum tam clare & intense, quam clare & intense Deus videt seipsum.*

Tertio idem probatur ex SS. Patribus, dum disputant contra Anomæos superius relatós, quos ex instituto damnant Chrysostomus homilijs quinque contra Anomæos, de incomprehensibili Dei natura, Gregorius Nazianzenus orat. 2. de Theolog. Augustinus Epist. 112. capit. 8. Ambrosius lib. 1. in Luc. cap. 1. Optimè S. Dionysius lib. de diuin. nom. cap. 1. *Vt enim, inquit, neque ea, quæ ratione intelliguntur, ab ijs, quæ sub sensum cadunt, comprehendendi cerni possunt; nec ab ijs, quæ ficta figurata sunt, simplicia & non figurata; nec ab ijs, quæ corpore figuris efficta sunt, eorum quæ corpore vacant;*

formæ vacuas, quæ nec tractari, nec figurari potest: sic & essentias vincit ac superat, quæ termino caret immensitas; & mentes qua mente superior est, unitas; & unum quod cognitionem superat, in cognitionem nullam (adæquatam) nimirum obiecto, vt antea dixerat) cadere; & bonum quod orationem vincit, nulla oratione (adæquate) exprimi potest. Et mos vocat Deum, unitatem unitatis omnis effectricem, essentiam essentiæ superiorem, & verbum quod exprimi nequit; verbi, intelligentia, nominisque vacuitatem & pruivationem; nimirum quia comprehendendi, intelligi, & exprimi non potest. Similia habet, cap. 1. de myst. Theolog.

Quæ testimonia, vt & Scriptura loca superius relata, tametsi itidem ad propositum nihil facere, sed vel viatoribus solum, aut rationalibus creaturis, naturâ sua consideratis, quædam etiam non de ipsa natura diuina, sed tantum de arcans Dei consilijs a Deo reuelantibus manifestatis loqui contendat Vasquez d. 52. cap. 2. 3. & 4. contrarium tamen probant, tum ipsa verba ac sententiae generatim pronunciatæ; tum communis & recepta Scholasticonum expostio ac sensus. Quocire tandem ipsum etiam Vasquez ibidem num. 4. fatetur, iam licitum non esse, sed plane temerarium, absoluè docere, DEVM à Beatis comprehendendi posse; cum communis inquit Scholasticorum Schola contrarium doceat. Ratio patebit infra.

Interim extra controversiam est, Deum seipsum intelligendo comprehendere; quod asserset etiam S. Augustinus lib. 12. deciuit. c. 8. quamquam hic ipse loquendi modus negatiuè potius, quam positiuè accipiendus est, iuxta S. Thomam q. 14. a. 3. ad 1. quia reuera sicut diuinum esse in se finem non habet, ita nec cognitione positiuè finiri aut includi potest.

8 Assertio II. Incomprehensibilitas Dei in hoc non consistit, quod seu perfectio aliqua diuina in re, seu virtualis aliquis diuina perfectionis gradus, vel modus in Deo formaliter existens lateat videntem Deum. Est expressa doctrina S. Thoma hic quæst 12. artic. 7. ad 2. & 3. vbi dicit, non propterea DEVM incomprehensibilem dici ex parte obiecti, quasi aliquid eius sit, quod non videatur; aut quasi non totus modus obiecti sub cognitionem cadat. Eadem est communis antiquorum Theologorum, quos referemus, sententia. Quam lequuntur etiam Thomistæ recentiores, & alij plerique Theologi, nominacim Gregorius de Valentia, quæst. 12. punc. 6. Molina artic. 7. Suarez. cit. lib. 2. cap. 29. & Vasquez d. 53. num. 2. adeo ut quamus oppositam sententiam superioris tertio loco relatam nulla grauiore censure notandum existinem; ea tamen merito videri possit noua & singularis.

Probatur assertio; quia nullo modo negari potest, Beatos Deum, videntes omnia videre, quæ in ipso sunt formaliter, vt patebit dubio sequenti, & constat ex illo Ioan. 3. vers. 2. Videbimus eum scire est. & 1. Cor. 13. vers. 12. facie

ad faciem. Cum igitur virtuales illi perfectionis gradus dicant aliquem perfectionis modum in DEO formaliter existentem, vt docent tertie illius sententiae auctores; nominatim Albertinus, qui propterea dicit, Deum non dici incomprehensibilem, scilicet secundum continentiam suam eminentiam, sed etiam formalem; negari non debet, eos etiam prout sunt in Deo, à beatis singulis videri. Dico, prout in Deo sunt: Sic enim, solum in præsenti potest esse qualitas; nam prout ratione nostra inter se distinguantur, dubitari potest, an à beatis visione beatifica omnino videantur: iuxta ea, quæ in simili diximus supra. quæst. 2. dub. 4. an attributa diuina inter se etiam ratione distinguantur à beatis. Deinde si Deus secundum unum gradum perfectionis posset videri alio non viso, necessario à parte rei deberet inter illos esse distinctio: quando enim aliud videtur, altero non viso, ea, necesse est, à parte rei esse distincta, vt dub. sequenti constabit: at consequens illud est impossibile... Denique si unum attributum non potest videri absque alio, vt dicitur ibidem; quomodo unus gradus virtualis eiusdem attributivi deri potest, alijs gradibus non itidem visis? Quibus sanè argumentis non videntur satisfacte resolutiones Albertini loc. cit.

Neque exempla illa de sole & albo, à longe conspectis, ad propositum faciunt. Hæc enim quia non aptè sensu propria sunt, non videntur sicuti sunt, sed imperfectè ac vitiosè videntur; eò ipso, quod & albedo illa videtur subfuscæ, & sol palmaris; quo sit, vt verè nec puritas albedinis, nec magnitudo solis conspicatur. Deum autem videbimus sicuti est, & facie ad faciem, vt dictum. Certè negari non posset, admodum mancam, in d. vitiosam fore Dei visionem, si ex parte obiecti, nec tanta magnitudinis ipse, nec tantæ puritatis esse conspiceretur, quantæ est à parte rei.

Assertio III. Incomprehensibilitas DEI propriè ac principaliter, non, consitit, etiam in hoc, quod non possit ipsa penetrari vel cognosci secundum omnem suam continentiam eminentiam; sive præcisè ex vi visionis, sive etiam alio quovis modo. Ita S. Thomas hic quæst. 12. artic. 7. alijque citatis locis, vbi ex instituto declarans rationem formalem incomprehensibilitatis, nunquam eam in ordine ad hanc continentiam eminentiam explicauit. Et quamvis hic art. 8. dicat, ideo non posse omnia cognosci, sive sunt eminenter in Deo, quia est incomprehensibilis; tamen nec hic, nec alibi in eo constituit rationem formalem incomprehensibilitatis; sed potius hoc ipso distinguunt, quod ex hoc illud, tanquam consequens probat. Eadem est communis sententia antiquorum Scholasticorum, quos citabimus, vt etiam Gregorij de Valentia, Molina, Albertini locis cit. Sed & extra visionem posse cognosci omnia, que sunt in DEO eminenter, fatentur etiam Suarez & Vasquez citati pro secunda sententia superioris relata; cui ex parte hanc assertionem opponimus.

Probatur

Probatur assertio. Quia quæ solum sunt eminenter in D e o, non sunt aliquid ipsius D e i, nec adeò propriè & formaliter pertinent ad cognitionem D e i: imò sicut ab eis natura D e i, ita etiam cognitio Dei independens est: ac proinde si aliqui ipsa secundum se, & continentiam suam formalem comprehendenderetur, non propterea simpliciter negandum foret, D e v m comprehendendi posse, etiamsi illa, quæ eminenter in ipso sunt non comprehendenteruntur: at verò secundum assertionem primam simpliciter & absolutè negandum est, D e v m esse comprehensibilem: Ergo in incomprehensibilitate illa eminentia continentia, proprie & principaliter non consistit incomprehensibilitas D e i. Accedit, quod de fide est, D e v m esse simpliciter incomprehensibilem, vt eadem assert. 1. dictum: non est autem certum, non posse D e v m secundum totam suam continentiam eminentiam penetrari, & cognosci; loquendo de absoluta D e i potentia; cum nonnulli Theologi id affirment; alij dubitent, vt in fieri dub. 10. patebit; Ergo, &c.

<sup>10</sup> Assertio IV. Incomprehensibilitas Dei propriè & formaliter in hoc consistit, quod nullæ creatura D e v m videre potest adeò perfecta & clara visione, quæ sit intrinsecæ obiecti cognoscibilitati adæquata; queque proinde talis sit, qualem ipsum obiectum ex se postulat. Est expresse sancti Thoma hic quæst. 12. artic. 7. in corp. Vbi dicit, D e v m esse incomprehensibilem; quid nullus intellectus creatus pertingere potest ad illum perfectum modum cognitionis diuinæ essentie, quo cognoscibilis est. Et respons. ad 1. & 2. rursum rationem incomprehensibilitatis D e i assignat; quia non ita perfectè videtur, sicut visibilis est, & modus obiecti non est modus cognoscendi; quidquid reflectetur Albertinus loc. cit.

Idem docent Bonaventura in 3. distinct. 14. artic. 1. quæst. 2. Richardus artic. 1. quæst. 4. Scotus quæst. 1. Durandus quæst. 1. numer. 10. Carthusianus in 4. distinct. 49. quæst. 4. Maior distinct. 49. quæst. 15. Scotus quæst. 3. artic. 1. Idem volunt Nominales pro prima sententia relati, circa quintum modum comprehensionis, quando dicunt, solum Deum cognoscere se ipsum intellectione habente talem proportionem ad alias intellectiones, qualem habet ipse velut obiectum ad alia obiecta, &c. Idem ex recentioribus tradunt Caetanus hic q. 12. a. 7. Gregorius de Valentia quæst. 12. p. 6. Molina citat artic. 7. & recentiores Thomistæ ibidem. Idemque plani ex Patribus indicant Sanctus Augustinus, lib. 4. de Genes. ad lit. cap. 6. & lib. Soliloq. capit. 31. Epiphanius hæresi 70. Cyrillus Hierosolymitanus Cateches. 6. Gregorius lib. 12. Moral. capit. 7. vel 10. & lib. 18. Moral. capit. 27. vel 28. vbi ait: *Nec tamen videbimus, sicut videt ipse se ipsum: longe quippe diffarabiliter videt Creatore, quam videt Creatura Creatorem, &c.*

Probatur & declaratur assertio. Quia quod uis in tantum ex se cognoscibile est, in quantum ens est: ens enim, & verum, seu cognoscibile,

se mutuò consequuntur. Ergo Ens infinitum est ex se infinite cognoscibile: adeoque ex se postular cognitionem simpliciter infinitam; seu quæ tam perfecta sit in genere cognitionis, quam obiectum est perfectum in genere cognoscibilis, seu entis. Ergo non potest illa cognitione ipsi esse adæquata, eamque comprehendere, nisi simpliciter infinita: haec autem est impossibilis creatura; ac proinde ob eam ipsam, etiam causam, D e v s est incomprehensibilis à creatura. Qui est ipse etiam discursus S. Thomæ hic cit. a. 7.

Et confirmatur. Quia neutrum negari potest, & cognoscibilitatem illam D e i reuera hoc sensu à creato intellectu exequari non posse; & eandem ipsam etiam repugnantiam exæquationis rectè dici incomprehensibilitatem, respectu creati intellectus; cum comprehensio opposita nihil sit aliud, quam cognitionem rei adeo esse perfectam, vt sit etiam totalis, & obiecto adæquata, eiusque cognoscibilitate non excedatur.

Aliter verò res se habet cum rebus creatis, quæ cum non sint entitatis infinitæ, non postulant etiam ex se cognitionem infinitam (etsi per accidens, & ratione quasi subiecti, eorum quoque cognitio in D e o sit infinita) sed solum finitam, qua proinde etiam comprehenduntur; modo hæc respectu cuiusque obiecti tam perfecta sit in suo genere cognitionis, quam obiectum ipsum perfectum est in genere entis: sic enim creaturæ inferioræ, & æqualis, ab æquali cognoscente comprehendendi potest; superior non potest; vt suo loco de Angelis in specie docetur.

Neque vero contra hanc explicationem communem & solidam incomprehensibilitatis, quicdam efficiunt argumenta Vasquez disp. 53. capit. 2. qui potius ipse facetur num. 6. si incomprehensibilitas hoc modo usurparetur, de fide plane est, D e v m à Beatis non posse comprehendendi. Sed quid nî hoc modo usurparetur; cum ipsem negare non possit, hanc esse communem ac receprum loquendi modum Scholasticorum?

Sed obiicit Vasquez ibidem; Augustinum, & SS. Patres nunquam incomprehensibilitatem D e i ita explicasse; sed comprehensionem semper nihil aliud esse docuisse, quam totum, quod est in re aliqua, ita cognitione complecti ut nihil illius verè lateat, sed appareat sicuti est. Albertinus quoque loco citat. etsi non neger, SS. Patres etiam distam incomprehensibilitatem agnouisse, adeoque veram & propriè dictam incomprehensibilitatem esse; addit tamen, eos simul etiam aliam ex parte obiecti asservisse, qua reuera aliquid in D e o lateat. Quod potissimum probatur ex definitione comprehensionis, quam haber. S. Augustinus Epist. 112. cap. 9. vbi ait: *Aliud est videre, aliud est totum videndo comprehendere: quandoquidem id videtur, quod præsens vicinque sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil eius lateat videntem, aut cuius fines circumspici possunt.*

&c. Ita Augustinus. Cum igitur Deus respectu cuiuslibet intellectus creati, sit incomprehensibilis, necesse est, ut iuxta eam S. Augustini descriptionem comprehensionis, necessario aliquid lateat omnem intellectum creatum.

Respondeo, duplicum esse huius loci explicationem. Prima est, quam indicat S. Thomas hic quæst. 12. art. 7. S. Augustinum scilicet ijs verbis sub disunctione duplicum comprehensionis modum exposuit; vnum priori descriptionis membro, ex parte obiecti (iuxta sensum recentiorum superius explicatum) quo obiectum totum ita videtur, ut nihil eius lateat videntem; quem non negat Beatis, vt dicemus: Alterum posterioribus verbis, ex parte cognitionis. Tunc enim, inquit S. Thomas, fines alicuius circumspiciuntur, quando ad finem in modo cognoscendi illam rem peruenit. Clarum enim est fines, de quibus loquitur Augustinus, non de fine ipsius rei cognitiae intrinseco accipi posse: aliqui nec Deus, qui infinitus est, seipsum comprehendenter; sed de fine quasi extrinseco, seu terminis cognoscibilitatis, in ordine ad cognitionem; qui tunc attinguntur & quasi circumspiciuntur, quando ipsa cognitio adaequat, adeoque finit quodammodo cognoscibilitatem seu entitatem obiecti; quam & sanctus Augustinus, & sanctus Thomas recte negant cuilibet creato intellectui.

<sup>13</sup> Alia explicatio est, & meo iudicio magis accomodata verbis & contextui sancti Augustini, nimirum eo hoc loco sub vtroq; disunctionis membro (verbis posterioribus, vti sèpe fieri solet, solum per modum explicationis ad prius membrum, seu priora verba adiectis) solummodo descripsisse comprehensionem rei ex parte obiecti iuxta modum loquendi recentiorum, qua nimirum res tota, & quidquid in re est, videtur, vt notauit etiam Vasquez disp. 52. cap. 1. de qua comprehensione Augustinus in eo orationis contextu hac quoque asserit, ex mente etiam Sancti Ambrosij, cuius verba ibidem ponderat & expedit. 1. Comprehensionem hanc distingui à visione rei latè accepta, prout videlicet etiam ænigmatische rei visionem, & in aliena specie, comprehendit, de qua ibidem ex eodem Ambrosio multa differerat. Et hoc significant verba illa, citata Augustini: *Aliud est videre; aliud est totum videndo comprehendere; quandoquidem id videtur, quod præsens utrumque sentitur, &c.* 2. Comprehensionem hanc candem esse, cum visione rei totius in propria specie; *ita ut nihil rei lateat videntem.* 3. Tali visione non quidem in hac vita, sed in altera De eis à nobis aspectabilem fore. 4. Angelos Beatos re ipsa nunc ita Deum videre. 5. In hoc tamen mundo Deum hac visione, vt in seipso est, nec ab hominibus, nec ab Angelis, visum esse, per eam quidem formam & speciem, qua olim diuersis sanctis apparuit. Vbi etiam eodem modo explicat, quod Ambrosius dixerat: *Nec Angelos quidem Deum vidisse unquam.*

<sup>14</sup> Omnia hæc patescunt attente expendenti totum contextum verborum sancti Augustini: in quibus præcipue notanda hæc verba sequentia: *Porro, si propterea, inquit, Deum nemo vidit unquam*

(nec Angeli quidem) quia sicut ait Disputator (Ambrosius) cuius verba consideramus, plenitudine diuinitatis eius nemo mente cogit, nemo aut oculis comprehendit (nimurum plenitudinem ei<sup>9</sup> clare conspiciendo, vt ante dixerat) restat inquirere, quomodo Angelii Deum videant, &c. item quomodo nos ita visiri sumus. Et infra post multa ex mente etiam S. Ambrosij respondet: *Narrante Unigenito, &c. creature rationalis munda & sancta impletur visione Dei ineffabili, quam consequemur tunc, cum aequalis Angelis facti fuerimus.* Et mox: *Quia sicut videntur, inquit, ista visibilia corporis sensibus nota, Deum nemo vidit unquam: quoniam si aliquando (Prophetis olim) eo modo visus est; non sicut ista natura, clare videlicet, & vt in se est) videtur, sed sola voluntate visus est, specie qua volunt, apparet, latente natura, atq; in se incommunicabilitate permanente. Eo autem modo, quo videtur sicut est, nunc fortasse videatur à quibusdam Angelis; & nobis autem tunc ita videtur, cum eis facti fuerimus aequalis, &c.* Ex quibus intelligitur, S. Augustinum in verbis illis superiorius obiectis, non loquide ea comprehensione Dei, quam ipse sentiat impossibilem esse etiam intellectui beato; sed solum quæ impossibilis sit Vatori, saltem iuxta consuetum diuinæ prouidentia modum, vt dictum. Ex quo tamen colligi non potest, cum non agnouisse alium modum comprehensionis omni creato intellectui penitus impossibilem; à quo proinde D e v s simpliciter & vndiquaque sit & dici possit incomprehensibilis, vt idem ipse alibi docuit.

Vnde etiam patet responsio ad id, quod ibidem disputat. 53. capit. 2. obicit Vasquez, nec Scripturam, nec SS. Patres nomen incomprehensibilitatis respectu cognitionis Dei, hoc sensu, vti nos ex communi Scholasticorum sententia exposuimus, usurpare; immo verò nec alio, quo comprehensionem Dei beatis denegarent. Respondet enim primò, quidquid sit de nomine, satis est de re ipsa constare, tam ex Scriptura, quam Patribus: cum præsertim negari non possit, hoc, quod huic nomini subesse dimicimus, ex mente antiquorum Scholasticorum, rectè ita appellari; & verò etiam ius fuisse, hoc ei nominis significatum imponendi, etiam in Scriptura, aut apud SS. Patres id nomen hoc significato nunquam fuisse usurpatum, vt in multis etiam alijs terminis Theologicis, atque etiam aliarum scientiarum accidit. Responderet secundò, negando quod de Scriptura & Patribus universim affirmat. Vasquez, vt partim ex citatis Scriptura & SS. Patrium testimonij colligi potest; partim pluribus videre est apud citatos. Certe nemo, quod sciam, alius præter Vasquium, ita generatim de Scriptura & Patribus pronunciavit, aut universim ita interpretatus est, vt eos à recepta Scholasticorum sententia de incomprehensibilitate Dei alienos, certe eius rei non consciens reddere studeret. Obijci denique etiam potest Sanctus Thomas infra quæst. 14. artic. 3. ad 1. vbi aliter de Incomprehensibilitate Dei loqui videtur; sed nos eum locum inferius quæst. 8. dub. 2. explicabimus.

## DVBIVM VII.

*Vtrum videns essentiam Dei necessario videat etiam relationes seu personas, & omnia quæ sunt formaliter in Deo.*

S. Thomas I. p. q. 12. a. 6. & 7.

Controversia celebris est, an secundum absolutam Dei potentiam videri possit essentia divina sine personis; & una persona, sive attributum vnum sine alijs. Affirmatiuam sententiam tueretur Scotus in I. d. I. q. 2. posse videlicet essentiam videri sine personis; & unam personam sine alia, modo una ad alteram, ut sic non referatur: quo modo v. g. pater ut pater refertur ad filium, & rursum filius ad patrem, neuter ut si ad spiritum sanctum &c. Idem docent Scotistæ ibidem, Basiliolis quæst. I. Mayron. q. 6. Bargius ead. q. 6. De attributis absolutis nihil quidem expresse assertus; sed sequitur tamen ex uno & eodem fundamento, quod nimur iuxta Scotum, aliosque Scotistas, tam personæ, quam attributa alia & inter se, & ab essentia distinguuntur formaliter ante operationem intellectus: quod tamen fundamentum superius q. 2. dub. 2. refutauimus. Addit Scotus cum suis, relationes non esse de ratione essentiali obiecti beatifici. Vnde concludit, non solum talem visionem secundum se esse possibilem, sed etiam fore beatificam.

Huic affinis est sententia, quam refert Aureolus in I. d. I. q. 1. a. 1. posse quidem essentiam cognoscitatem à beato absque personis; eam tamen cognitionem seu visionem non fore beatificam. In eandem Scotti sententiam, quatenus loquitur de visione vnius attributi sine alio, referuntur etiam quidam, qui re ipsa ita à beatis videri diuinam essentiam indicant; sed qui reuera non ita sentiunt, vt paulo post in specie referemus. Huc spectat tamen, quod docet Ferrariensis in 3. cont. gent. cap. 56. infinitatem Dei à beatis videri, secundum omnem intensionis gradum, quantum ad quia est; non distincte tamen distinguendo in ipso omnem gradum essendi, nec omnia, quæ in eo distingui (ratione) possunt. Apertius Victoria, Albertinus, & alij citati præced. dub. negant, omnes virtuales gradus perfectionis in Essentiæ diuina coniunctos à beatis cognosci.

Assertio I. Beati omnes ac singuli re ipsa nunc, & de facto vident non solum essentiam diuinam, ac perfectiones, & attributa absolute omnia, sed etiam relativa, adeoque totam Sanctissimam Trinitatem, & quicquid est formaliter ac necessariò in Deo. Ita expresse S. Thomas hic quæst. 12. a. 6. & 7. Caietanus & recentiones Thomistæ ibidem, Henricus quodlib. 13. q. 1. Bonaventura in 3. dist. 14. a. 1. q. 2. & in 4. dist. 49. a. 1. q. 6. Richardus art. 2. q. 8. Durandus q. 2. num. 28. Maior quæst. 2. Aureolus in I. dist. 1. q. 1. a. 2. & apud eundem Vario Præceptor Scoti in quodlib. 11. q.

I. Sotus in 4. dist. 49. q. 3. a. 3. & recentiores communiter citandi assertione sequenti.

Nec in histerminis dissentient Capreolus in I. d. 27. q. 2. a. 3. & Caietanus I. p. q. 27. a. 1. vt recte notauit Vasquez cit. disp. 48. cap. 1. Multo minus dissentient Richardus in 3. d. 14. a. 1. q. 4. ad ultimum, & Bonaventura art. 1. q. 2. quod afferant, beatos aliquid latere de profunditate ipsius Dei. Solum enim docent, Deum non cognosci à beatis omni modo, quo postulat cognosci: id quod ex parte modi cognoscendi, non ex parte rei cognitæ intelligent, ut recte Vasquez disp. 48. cap. 1. & dictum dub. præced. Eandem assertiōnem tradunt Scotus & Scotistæ loco cit. Est verò assertio de fide, quoad visionem personarum simul cum visione essentiae coniuncta, ex Concilio Florentino, sess. vltima, decreto de purgatorio. Et patet ex scriptura Ioan. 17. ver. 3. *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum DEVM, & quem missi Iesum Christum, &c.* Plura assert. seq. & supra dub. præced. assert. 3. Dixi vero, quicquid est necessario in Deo; quia de decretis liberis diuinæ voluntatis, qua talia sunt, alia ratio est, ut dicimus dub. seq.

Assertio II. Non tamen propterea beati visione beatifica cognoscunt infinitas numero perfectiones, in Deo formaliter existentes. Ita quoad hoc recte Ferrariensis loco cit. Idem docent Molina hic quæst. 12. a. 8. disp. 3. & Suarez, lib. 2. cap. 22. num. 14. Ratio est; quia à parte rei nulla est eiusmodi perfectionum absolutarum multitudo in Deo: nec intellectus Dei & beatorum eas perfectiones per se ipsi ratione distinguunt, ut dictum supra, quæst. 2. dub. 4. cum tamen illæ ipsæ, quæ à nobis ratione & imperfecto modo concipiendi distinguuntur, non sint infinitæ: nullus enim intellectus infinitas actu distinxit. Quo fit, ut actu etiam plures in Deo non sint, quam re ipsa nunc per cognitionem abstractiuam cognoscuntur & distinguuntur. Accedit quod etiæ beati cognoscant attributa & perfectiones illas in Deo ratione nostra distinguiri, vt diximus; non tamen est simpliciter necesse, à beatis ita videri, ut plures & ratione distinctas, seu cum respectu ad nostram cognitionem imperfectam, quæ solæ distinguuntur; etiæ id fieri posse concedat quoque Suarez loco cit. Distinctè ergo beatividit omnia, quæ formaliter sunt in Deo, quia clare vident totum esse diuinum, adeoque omnia quæ sunt in Deo, ut in eo à parte rei sunt: etiæ nec distinctis, nec diversis cognitionibus, neque necessariò, aut etiam omnia, prout ratione nostra distincta, sed potius ut sunt à parte rei vna quædam simplicissima entitas, ynoque ac eodem actu visionis, cui vnum, pariter à parte rei Verbum, seu species expressa respondet, iuxta ea, quæ docuimus supra dub. 2. quicquid vel de verbis quibusdam inadæquat, aut saltem de negatione verbi adæquat per visionem beatificam expressi, improbabiliter philophentur Capreolus, Caietanus, & Ferrariensis initio citati, ut videre est apud Vasquez disp. 48. cap. 1. & Suarez cap. 22.

Assertio III. Impossibile est, etiam secundum absolutam Dei potentiam, ut essentia diuina sine attributis

3

4

attributis, seu absolutis, seu respectivis, adeoque sine personis omnibus & singulis; aut unum attributum, seu persona una videatur sine alijs. Hæc est mens S. Thomæ hic q. 12. art. 7. ad 2. & 3. & aperte in 2. 2. q. 2. a. 8. ad 3. vbiait, *DEPM secundum quod intelligitur in se ipso, prout videtur à beatis, non posse intelligi sine Trinitate personarum.* Et 3. p. q. 3. a. 3. ait; *impossibile esse, ut circumscribatur per intellectum cognoscendum Deum, sicut est, aliquid à Deo, et quod aliud remaneat, quia totum quod est in Deo, est unum, salua distinctione personarum.* Idem docent Henricus quodlib. 2. q. 7. & quodlib. 3. q. 1. Gabriel referens etiam alios Nominales in 1. dist. 1. q. 5. & Scholastici cæteri communiter in 3. d. 14. & in 4. d. 49. Speciatim Aureolus, & alij relativi pro præcedenti allertione (excepto Scoto) quo sequuntur recentiores Thomistæ omnes & fuisse Caietanus 2. 2. q. 2. a. 8. item Gregorius de Valencia q. 12. p. 6. Molina, a. 8. d. 4. Suarez lib. 2. de Deo cap. 23. & Vasquez dip. 48. c. 2. & quoad attributa siue prædicta diuersæ rationis Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 4. pun. 8. n. 24.

Ratio una & communis ab omnibus defumitur ex simplicite Dei, quam Vasquez & alij plerique censem evidenter. Quia impossibile est, idem in re ipsa videri & non videri, secundum idem: at si essentia diuinæ, sine attributis, & personis; aut hæc sine illa; aut unum attributum, seu una persona sine alia videretur; tunc idem profrus simplicissimum ens, & quidē etiam secundum idem (eo ipso quod in eo à parte rei nulla est diuersitas) simul videretur, & non videretur; cum omnia sint à parte rei una simplicissima entitas essentia diuinæ: Ergo impossibile est, vt hoc fiat. Vnde etiā Vasquez ibidē n. 20. rectè notauit, ad hoc vt vnu sine alio in tueri valeamus, omnes fatentur, inquit, *necessaria esse distinctionem ex natura rei.* Neq; dubiū quin hoc argumentū cōtra Scotū efficaciter concludat, saltē ad hominē; cum ipsem Scotus satis videatur agnoscere, hæc nō ita posse seorsim intuitiue videari, nisi supposita distinctione eorundē à parte rei.

Et confirmatur assertio primò ex scriptura Ioan. 14. v. 9. *Philippe, qui videt me, videt et patrem.* Quomodo tu dicas, offendere nobis patrē: Non creditis, quia ego in Patre & Pater in me est? Vbi Christus ex eo probat, Patrē videri (visione beatifica) ab eo, qui se videat: quia ego, inquit, in Patre, & Pater in me est; iuxta communiorē explicationē SS. Patrum, quā recte tuetur Suarez cit. c. 23. etiā aliter Vasquez d. 48. c. 3. & quamvis illuc solum de facto, ac eo quod re ipsa, ac ex natura rei sit, sermo esse videatur; tamē eo ipso discursus verum obtinet etiam de potentia absoluta; quādoquidem argumentatio procedit quasi à causa formalī actu informante, ad effectū formale; nimis ab identitate omnimoda Patris & Filij in essendo (secundū essentiā) ad identitatē & coniunctionem vtriusq; in cognoscēdo. Quasi hoc modo modo argumentatus fuisset; Qui videt filium, videt essentiam: Qui videt essentiam, videt & Patrem: Ergo qui videt filium, videt & Patrem: quā consequentia non esset firma, nisi de quidditate essentiā, ita esset pater, sicut de quidditate filij est essentiā; vt recte etiam notauit Aureolus loco cit. a. 2. ex Augustino lib. 1. de Trinit. cap. 8.

Qui etiam l. qq. noui test. q. 43. ait; *per id quod unū in substantia sunt, qui unum videt, ambos videt.* Et in psal. 85. *Patris, inquit, et filii separari non potest visio, ubi non separatur natura et substantia.*

Confirmatur secundò hac quasi explicatione, maiori rationis initio allatae. Nam quando inessentiali seu intrinseca ratione alicuius includitur indentitas cum alijs, impossibile est idipsum videre, non visa identitate eius cum ipsis: sicut v.g. impossibile est, videre humanitatem non via rationalitate, vel animalitate, quæ est de ratione humanitatis, nec verò etiam identitas hæc illius videri potest, nisi visis his, cum quibus illud vnum est: at de ratione intrinseca essentia diuina est identitas cum attributis & personis: sicut & de ratione istorum est identitas cum essentiā: Ergo impossibile est aliquid horum videre altero non visto. Quæ argumenta procedunt, siue diuina essentia vīa absque personis per se sola beatificaret & satiaret, vt vult Scotus, & cum eo Aureolus loco cit. a. 1. & Suarez c. 23. num. 1. siue non, vt dicunt Caietanus & Thomista.

Adducitur etiam à nonnullis prò eadē assertio Concilium Florentinum sese vlt. decreto de purgatorio; quasi ex eadem simplici entitate probet, à beatis videri omnia, quæ sunt in Deo formaliter: sed sanè ibi plus non dicitur, quam clarè videri Deum, Trinum, & vnum, sicut est: quo probatur quidē assertio prima; sed hæc non item.

**Assertio IV.** Etiam si per impossibile essentia diuina videri possit sine personis, ea tamen visio nō foret beatifica. Hanc assertiōnem veluti probabilitorem statuo cum Caietano, & commun Thomistarum, contra Scotum, & Aureolum loc. cit. quos sequitur Suarez c. 23. n. 1. probatur. Quia cognition illa non est plane beatifica qua non perfectè satiat appetitum; talis non satiaret: Ergo. Minor probatur. Tum quia talis visio formaliter non esset entis vndequeq; infiniti, sed solū infiniti in certo genere, nimis in ratione essentiæ, ex dictis supra q. 2. tum quia esset visio entis, vt sic non substantialiter completi: siquidē ei, quatenus vt sic obijceretur intellectui, deesset ultimum complementum subsistentiæ siue personalitatis, extra quam in Deo non est alias subsistentia, vt hic contra Suarez suppono, suo loco inferius probandum. Plura tomo 2. disp. 1. q. 2. dub. 4.

Cæterum contra assertiōnem tertiam eiusque probationē, ab identitate essentiæ cuius attributis ac personis omnibus ac singulis desumptā, obijcitur hoc argumentum. Essentia & persona diuina non habent maiorem inter se coniunctionem ac necessitudinem, in ordine ad terminandam visionem creatam, qnam in agendo seu producendo ad intra, vel etiam in terminanda natura creata; sed non obstante summa identitate inter essentiā ac personas verò dicimus patrem generare, non item essentiam, vel filium: item filium terminare naturā humanā, non patrē: ergo etiā non obstante eadē identitate, fieri potest, vt videatur essentia non itē filius; aut filius, nō autē essentia, vel pater.

Hoc argumentum fateor est difficile; & agnoscit quoq; Suarez, nōnullā probabilitatē conciliare oppositæ sententiæ. Certe qui id euidenter

soluterit

soluterit, non legi: quanquam etiam Scotus cum suis teneatur hoc soluere; quia eo non solum probatur, posse essentiam videri sine personis; & personam unam sine alia, ad quam vt sic non dicit relationem; sed etiam si formaliter, vt sic vnaad alteram dicat relationem; nimurum Patrem sine filio, & filium sine Patre; cum Pater, generet, non filius; filius terminet naturam humanam, non Pater, &c. id quod tamen negat Scotus.

7 Respondetur tamen primo. Sicut ob eandem identitatem & simplicitatem Dei, putaremus etiam illa ipsa, quæ obiecta sunt, esse impossibilia, nisi sisissent reuelata: ita etiam hoc de quo loquimur, iure putamus impossibile, quamdiu contrarium non fuerit reuelatum. Neque enim in his supernaturalibus per se ac vniuersum valet argumentatio à simili. Implicat enim, v. g. in diuinis esse quartier, vel quinque personas, & non tres: quamvis seclusa reuelatione, putaremus cuiuslibet numeri eandem esse rationem.

Respondeo secundò, visionem claram rei ferri  
in rem adäquate, vt est à parte rei, ; ac proinde  
videri non potest res, nisi etiam visa identitate,  
eius, cum omnibus, quibus cum vna est à parte  
rei: actio vero seu terminatio non necessariò pro-  
cedit à re, secundum omnem rationem perfectionis,  
quam in se habet, sed eam tantum, quæ formaliter  
viam agendi seu terminandi continet. Quæ  
discriminis ratio facit, vt persona vna terminare  
naturam, vel producere ad intra possit, non al-  
tera: cum tamen vna non possit videri, sine alia,  
&c. Quemadmodum etiam suo modo videre est  
in quantitate & figura; quæ licet sint materialiter  
idem, tamē quantitas dicitur suhiecum accidentium,  
non figura; & figura dicitur terminus quā-  
titatis, non è contra: cum tamen impossibile sit,  
etiam corporeis oculis, clare intueri totam aliquā  
quantitatē, & non figuram.

Quod vero Sotus in 4. d. 49..q. 3. a. 3. concl.  
2. dicit, essentiam diuinam sine personis non posse videri notitia apprehensiva, bene tamen iudicativa; non est huic doctrinæ contrarium, loquitur enim de iudicativa notitia à visione distincta; quamvis interim negandum non sit, vtineque Sotus loco cit. negat, ipsam quoque visionem, simul esse & apprehensivam, & iudicativam, seu habere rationem simplicis apprehensionis & iudicij simul, vt rectè Vasquez disp. 48. cap. 2. num. 6. & Suarez cap. 23. n. 8.

D V B I V M VIII,

*An à beatis in Deo, seu Verbo vide-  
deri possint, ac videantur etiam  
creatura, & decretalibera duni-  
na voluntatis.*

S. Thom. I. p. q. 12. a. 8. & 9.

**E** Gimus dub. præced de visione ipsius Dei,  
& eorum, quæ sunt formaliter ac necessario in  
Deo; nunc agendum de ijs, quæ sunt aut libere,  
aut eminenter in Deo, nimurum de creaturis, &  
decretis liberis diuinae voluntatis; quatenuscan-  
dem visionem Dei beatificam concernunt. Ut ve-

ro quæstio huius dubij, & status cōtrouersiæ, qua circa hanc dubitationē interscholasticos est intellegatur; Noandū est creaturas duobus modis spectari posse; prīmū secundum Esse illud increatūm, quod in ipso Deo ab xterno habent; iuxta illud Iohann. I. v. 3. ex multorum interpretatione. *Quod factū est, in ipso vita erat.* Secundò considerati possunt creature secundum suum esse propriū, quod in seip̄is extra Deum habent: quo ipso modo variè queri potest, an videri possint creature in Deo seu Verbo (idem enim vtrumq; in praesenti significat) 1. an videantur in Deo seu verbo causaliter, per visionem seu cognitionem à visione, verbi distinctam. 2. An per eandē visionem verbi, saltem concomitanter. 3. An etiam per visionem verbi formaliter; adeoq; ex vi visionis verbi. Multa enim simul videntur eadem visione oculorum, vt album simul ac nigrum; ac membra diuersa vnius hominis; sed non tamen unum ex vi visionis alterius; ita vt unum sit ratio videndi alterum; sed ex æquo simul omnia.

Hoc posito certum, & extra controversiam est  
primò, videri posse, imo re ipsa videri à beatis in-  
verbo creaturas omes secundū esse illud increatū,  
quod habent in Deo, distinctū ab esse suo proprio  
& formalib; hoc enim modo illas cognoscere, nihil  
est aliud, quā ipsum esse diuini, prout est à parte  
rei, cognoscere; quandoquidē esse illud creatura-  
rum in Deo, est ipsum esse diuinum, prout emi-  
nenter continet creaturas. Neg; verò hoc est pro-  
priè & formaliter cognoscere creaturas in verbo.

Secundò certi idem, & extra controversia est, creaturas etiā secundū esse propriū à beatis cognosciposse, ac re ipsa cognoscī in Verbo saltē causaliter, seu effectiū; hoc est, cognitione quidē distincta à visione Dei, seu Verbi, ex eā tamen profecta & causata, sive per causalitatem & efficientiam physicā, sive potius per moralē. Siquidem negari non potest, beatos etiam aliquo modo cognoscere creatures; hancque cognitionem ipsi ratione etiam ipsis beatitudinis esse debitam; seruata tamen debita inter ipsos beatos proportione, ut magis declarabitur dub. 10. Ergo necessario vident creatures in verbo saltē causaliter, si non formaliter.

Tertiò satis etiam conuenit inter Scholasticos,  
posse secundum absolutam Dei potentiam, crea-  
turas secundum esse proprium, aliquo modo cog-  
noscí per ipsam visionem verbi, aut formaliter ac  
ex vi ipsius visionis verbi; aut saltem materialiter  
sive concomitanter, hoc est, eodem actu visionis,  
etiam si, interim visio verbi non sit ratio cognoscendi  
creatures. Nam & illi, qui negant alioquin  
creatures videri posse in verbo formaliter seu ex  
vi visionis verbi; non tamen negant, videri posse  
in verbo concomitanter, licet id re ipsa nunc fieri  
quidam negent, in quibus Vasquez inferius cito-  
dus; alij ex iphis affirmant. E contra nonnulli ne-  
gant quidem, creatures visione verbi videri posse  
concomitanter; sed non negant videri posse visio-  
ne verbi formaliter, vt dicemus. Excipio Aureolū  
in 3. d. 14. q. 1. qui licet concedat, in verbo, & ex  
vi visionis verbi, vt ipse loquitur, cognoscí crea-  
turas, negat tamen eodem actu videri verbum &  
creatures.

Haec

Hæc tria igitur cum inter Scholasticos certa sint, & ferè indubitate: celebris tamen inter eos controuersia est; An videri possint creaturæ secundum esse suum proprium eadē visione verbi, tum concomitanter, tum & potissimum quidē etiam formaliter, hoc est, ex vi visionis verbi: & procedit quæstio tā de facto, quād de potentia etiam absolute Dei. In qua quæstione, praterquā quod de creaturis pervisione beatificā cōcomitanter vidēdis disceptatur, vt dictū; de ipsarū visione ex vi visionis Dei, triplices sunt scholasticorū sententiae. Prima simpliciter negat, etiam de absolute Dei potentia posse creaturas videri per ipsam visionē verbi formaliter, seu ex vi visionis verbi: et si concedat, posse videri per visionē verbi materialiter seu concomitāter. Ita nominalis, Ockam in 4.q. 13. Gabriel in 3. d. 14. q. vn. a. 1. Petrus de Alliaco in 1. q. 12. Maior in 4. d. 49. q. 16. quoscum nonnullis recentioribus sequitur Vasquez 1. p. d. 50. c. 6. vbi refert quoq; Bonauenturam, Scotum, Paludanū, Marsiliū, & fere S. Thomam. Sed qui contraria sententiam expresse docent, vt dicemus, & recte notauit Suarez 1. p. lib. 2. de Deo cap. 25. n. 17.

Secunda sententia est, posse quidē visione verbi ac ex vi visionis verbi cognosci creaturas secundū suum esse possibile, non verò secundum actualem existentiā. Ita Henric⁹ Gandavensis quolib. 7. q. 4. & 5. Durand⁹ in 4. d. 49. q. 2. Bassolis q. 4. prologi. a. 3. & Goffred⁹ quodl. 6. q. 3. apud Capreolū infra.

Tertia sententia affirmat, secundū vtrumq; esse ita in verbo videri posse creaturas: quā sententia est communis Theologorū ut videbimus. Quā verò de creaturis existentib⁹ in verbo ex vi visionis eiusdem cognoscendis cōtrouersia est, eadē ferè est etiā de cognoscēdis pari modo decretis liberis diuinę voluntatis, quē sine respectu ad creaturas intelligi non possunt.

<sup>3</sup> Ascertio I. Nihil obstat, quo minus creaturæ videri possint visione verbi cōcomitanter, tām secundū actualem existentiā, quā secundū esse possibile. Ita preter Nominales in prima sententia relatos, docent Vasquez d. 50. n. 44. & recentiores illi qui cū ipso negant, posse videri creaturas in verbo ex vi visionis verbi; & videntur supponere authores citandi pro sequenti assertione. Excipio Durandum in 1. d. 35. q. 1. n. 14. Suarez 3. p. tom. 1. d. 26. sect. 2. & hic l. 2. c. 25. n. 45. & Albertinum tom. 1. princ. 1. coroll. 5. n. 4. qui vel absolute, vel sub dubio contrariū sentiunt, diuersas tamē ab causas; Durand⁹, quia putat plura vt plura non posse æq; principaliter ac immediete cognosci uno ac eodem actū; Suarez vero, qā simpliciter, & quoad latitudinē extēsionis indiuisibilē visionē creatā, ad plura eiusmodi obiecta ex æquo cognoscenda existimat non posse esse sufficientē: cōpositāverò ex diuersis partib⁹ quasi gradualib⁹ extensionis, impossibilē: prout idē author vniuersim alioqui docet, in ipsis etiam habitibus Intellectus nullam dari latitudinem extensionis. Albertinus autem propterea dubitat, an possint concomitanter & mere per accidens videri eadem visione Deus & creatura; quia dicere, inquit, talis cognitio imperfectionem in DEO. Fauent eidem sententia Henricus quodlib. 9. q. 25. & Ferrarensis lib. 1. cont. gent. cap. 49.

Sed probatus assertio exemplo Angelorum, qui eodem lumine naturali, eademque specie & cognitione, cognoscunt per se primō res plures & diuersas, etiam secundum speciem; V. G. naturam leonis & equi, ut habet communis Scholasticorū doctrina; Cur ergo non etiam per eandē essentiā diuinā, quasi per specie quandā eminentissimā, directe, per se, & immedie videri possit tā Deus, quā creatura; ita vt nec visio Dei sit ratio videndi creaturam, nec visio creature sit ratio videndi Deum.

Nec video, quid hic vel imperfectionis ex parte Dei interueniret; vel implicationis ex parte creaturæ; siue ea visio esset expers latitudinis extēsionis, quod minus refelli posse putat Suarez; siue non: quemadmodū visione una oculorū vtq; extēsione quadā auctiori, videre possumus plura, vt albū & nigru; binariū quoq; ternarium, & quinarium hominū &c. vt magis dub. seq. dicetur. Multo minus video, cur si hoc continget, nō esset propriè dicta visio creature in verbo, siue Deo: quandoquidem visum verbū siue Deus, per modum quasi speciei intelligibilis esset ratio videndi creaturas: ita ut quamvis non propriè ex vi visionis verbi videntur creaturæ, ex vi tamen ipsius verbi videntur eadem visione qua & verbum videntur.

Quare etiam licet recte hac ratione dicere, creatura videri eadem visiose verbi concomitanter, & quasi per accidens; nō tamē recte dici posset videri in verbo concomitanter & per accidens: quia licet visio verbi habet se concomitanter ad visionem creaturæ, non tamen ipsum verbum, seu essentia diuinā, vt dictum.

Neq; etiam necessarium esset hoc casu dicere, Deum & creaturam æquè principaliter videri eadem visione, vt obiectū Durandus loc. cit. siquidē licet immediete vtrumq; representaretur per eandē essentiam Dei, neq; visio unius esset ratio videndi alterum; nihilominus essentia magis principaliter representaret seipsum, quā creaturā, vt pote maiorem secū ipsa quā cum creatura connexionē habens; quā posset non representare, etiam posito quod seipsum representaret, vt inferius dub. II. patebit; et si creaturam non representaret, nisi simul seipsum representaret, saltem secundum ordinariam Dei legem.

Ascertio II. Posunt videri, ac re ipsa videntur in verbo ex vi ipsius etiam visionis verbi creaturæ secundū suum esse possibile. Ita expressè & constanter docet S. Thomas hic q. 12. a. 8. 9. & 10. & q. 5. 8. a. 6. & 7. & 3. p. q. 10. a. 2. & 3. & l. 3. cont. gent. à c. 50. vñq; ad 60. & q. 8. de Verit. a. 4. & in 3. dis. 14. & in 4. d. 49. vñ plane imerito faciat, quisquis in dubiū vocat S. Thomā sententia; cum luce meridianā sit clarior, vt recte Suarez hic l. 2. c. 25. n. 8 & 9. vbi expendit quā ex S. Thomas in contrariū solent obiectū nullius momenti. Speciatim notanda verba S. Thomā hic a. 8. vbi ait: manifestum est, quod si aliqua videntur in Deo secundum quod sunt in ipso. Omnia autem alia sunt in Deo, sicut effectus sunt virtute in sua causa; sic igitur omnia videntur in Deo, sicut effectus in sua causa. Sed manifestū est, quod quanto aliqua causa perfectius videntur, tantopleres eius effectus in ipsa videri possunt, Et. Et ibid. resp. ad 3. ait. Ostensum est, quod multitudine cognitorū in Deo consequitur modum videndi ipsum; vel

magis

magis perfectum vel minus perfectum. Et a. 9. in corp. ait: Cognoscere creaturas, prout eorum similitudines pre-existent in Deo, est videre eas in Deo &c. Vnde secundum illam cognitionem, qua res cognoscuntur a videntibus Deum per essentiam, in ipso Deo, non per aliquas similitudines alias, sed per solam essentiam diuinam intellectus presentem; per quam Deus videtur. Vbi S. Thomas expresse loquitur de creaturis secundum suum esse proprium quod habent, quia loquitur de illis tanquam effectibus Dei; non sunt autem effectus Dei secundum esse illud increatum & diuinum, quod in ipso Deo habent, ut patet. Loquitur etiam de visione earum in verbo, sive in Deo formaliter, ac per ipsam visionem verbi; quia loquitur de illa visione, quam creaturae videntur non per aliam speciem propriam & creatam, sed per solam essentiam diuinam intellectui presentem. Denique loquitur de visione earum in verbo, ex vi ipsius visionis Verbi; quia loquitur de visione earum in verbo velut in causa; semper autem quando effectus cognoscitur in causa, ratio cognoscendi effectum est cognitio causa. Omitto alios non minus perspicuos locos S. Thomae particularium referre & expendere.

Nec obstat, quod S. Thomas hic q. 12. a. 9. dicit, creaturas in Deo non videri in seipsis. Hoc enim iuxta omnium interpretum sensum & expressam mentem S. Thomae, ita intelligendum est: ut vocalia in seipsis non dicat rationem obiecti cogniti, sed rationem cognoscendi. Ipsa enim secundum se & suum esse plane cognoscuntur in Deo, sed ratio & causa cognoscendi non sunt ipsa, sed essentia diuina: quare etiam priori sensu recte Gregorius de Valentia, alijq; Theologi dicunt, in verbo creaturas cognosci etiam in seipsis.

Idem in proposito cum S. Thoma, ac ex mente S. Thomae docent omnes Thomistae veteres & recentiores, nominatum Capreolus in 4.d.49. q.6. Sotus ibid. q. 3. a. 3. Paludanus q. 2. a. 2. & dist. 45. q. 2. a. 3. Ferrariensis 3. cont. gent. c. 56. 59. & 60. item Caetanus, Zumel, Bannes, & recentiores Thomistae hic a. 8.

Idem extra Scholam S. Thomae docent plerique veteres & recentiores Theologi nominatum Henricus, Durandus, Bassolis & Goffodus citati pro secunda sententia. Item Bonaventura in 2.d. 4.a. 3. q. 1 & 2. & in 3. d. 14. a. 2. q. 3. Scotus ibidem q. 2. & in 2. d. 3. q. 9. Richardus in 2. d. 4.a. 4. q. 1. & 2. & in 3. d. 14. a. 2. q. 3. & in 4. d. 49. a. 2. q. 3. aperte etiam Marsilius in 3. q. 10. a. 2. p. 2. idem Gregorius de Valencia hic q. 12. p. 6. Molina d. 5. & Suarez 1. p. 1. 2. de Deo c. 25. & in 3. p. tom. 1. d. 26. fact. 2. Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 4. num. 10:

Probatur assertio primi ex scriptura. 1. Cor. 13. v. 11. Videmus nunc perspectum & in agnitione: tunc autem facie ad faciem. Vbi verba illa, facie ad faciem, significant claram visionem Verbi, seu in Verbo. Vnde colligitur ea omnia, quae nunc fide credimus, inter quae sunt multa mysteria & veritates creatarum, nos postea visuros per visionem beatificam. Neque responderi potest, visionem succedere fidei, solum quoad obiectum primatum, quod est Deus; non autem quoad secundarium, quod

sunt creature. Hoc enim non solum est contra communem Theologorum sententiam, post S. Thomam 1. p. q. 1. a. 2. Sed etiam nec satis consentaneum videtur menti Apostoli. Loquitur enim Apostolus illic generatim de ijs que per speculum videmus, sive de rebus fidei, prout etiam paulo antea de ipsisdem loquutus fuerat. V. 2, si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia &c. & si habuero omnem fidem. Et v. 8. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem veneris, quod perfectum est, evanescitur quod ex parte est. Hinc. v. 11. subiicit: videmus nunc per speculum &c. Nam nrum omnia, quae nunc per speculum ac fidem videamus, postea visuri facie ad faciem in ipso Deo, ut dicetur etiam dub. 10.

Secundo probatur assertio auctoritate. Est enim haec sententia non solum communis Scholarum Theologorum, a qua in re tam graui non facile recedendu, sed etiam grauissimum Patri, ac in primis Augustini; etenim omnes Scholarum, ut recte notauit Suarez hic cit. c. 25. n. 10. & videtur est apud citatos, pro comperto habent, Augustinum docuisse Beatos videre creaturem in Verbo; simul, ac eadem visione cum Deo; idque praecipue lib. 4. in Genes. c. 22. 23. & 24. & lib. 1. de ciuitate Dei cap. 7. & 20. vbi distinguunt duplē cognitionem in beatibus, prorsus Angelis, matutinam scilicet, & vespertinam; quarum illa vel sit cognitione creaturarum secundum esse diuinum illud, quod in Deo habent; haec cognitione earundem secundum proprium esse in Verbo; ut refert, & quod mirum, non rejicit S. Thomas q. 58. a. 7. vel potius ut idem etiam ibidem rectius exponit, & communis ac vera interpretatione habet; quarum prior sit cognitione creaturarum, etiam secundum proprium esse in verbo; altera cognitione creaturarum per proprias species.

Et quanquam Vasquez d. 51. cap. 2. prolixè contendat, Augustinum omnibus locis solum docuisse, creaturem cognoscere in verbo secundum esse diuinum, non proprium; tamen haec expositione non solum est noua & singularis, sed nec verbis ipsis, aut subiecta materia consentanea: quam proinde hoc ipso nomine merito rejicit Albertinus num. 10. & prolixè refellit Suarez cit. lib. 2. c. 25. n. 10. Peculiariter notentur haec verba S. Augustini lib. 9. de ciuitate cap. 22. vbi de SS. Angelis ait: Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia ista noverim, quia eorum principales causas in Verbo Dei confluunt, per quod factus est mundus. Et lib. 2. de ciuitate c. 7. ait: Cognitione quippe creature in seipsis decoroloratur est, ut ita dicam, quam cum in Dei sapientia cognoscitur, velut in arte, qua facta est. Vbi expressè loquitur Augustinus de creatura, qua facta est in sapientia & arte diuina: Non est autem utique facta secundum esse suum increatum, sed creatum.

Ad eundem modum loquitur lib. 2. de ciuitate. cap. 29. Ipsam quoque creaturam, inquit, melius ibi, hoc est, in sapientia Dei tanquam in arte, qua facta est, quam in ea ipsa sciunt; ac per hoc in seipsis ibi melius, quam in seipsis; verumtamen in seipsis sciunt. Facti sunt enim (Angeli) & aliud sunt, quam ille qui fecit. Ibi ergo, tanquam in cognitione diuina; (scilicet matutina) in seipsis autem, tanquam in vespertino.

Et lib. 65. qq. quæst. 26. *Ipſa creatura plus videtur in arte, qua facta eſt, quam ipſa in ſeipſa* (ſive per propriam ſpeciem) *qua facta eſt.*

Idem docet S. Bernardus l. 5. de considerat. ad  
Eugen. c. 1. vbi ait: *Creatura cali illa est, præsto habens,*  
*per quod potius ista intueatur; videt verbum, & in Verbo*  
*facta per Verbū; Nec opus habet ex his, quæ facta sunt, fa-*  
*citoris notitiā mendicare: nec enim ut vel ipsa nouerit, ad*  
*ipsa descendit, quæ ibiliā videt, ubi longè melius sunt, quā*  
*in seip̄s. Vbi Bernardus creaturam celi vocat Spiritu-*  
*tum seu animā beatam; hanc dicit præsto habere*  
*ac videre verbum increatum Dei, & per verbum ac*  
*in Verbo videre facta per Verbum: quod vtq; de*  
*creaturis secundum esse diuinum accipi non po-*  
*test; quia secundum hoc esse nec facta sunt, nec*  
*distinguuntur à Verbo; nec habent medium cogi-*  
*nitionis ipsum verbū; cum vt sic sint ipsum verbū.*  
*Addit melius esse creaturem in Deo quam in se ip-*  
*sis; quia in Deo sunt eminenter: quam etiam ve-*  
*luti causam recte assignat, cur in Deo etiam se-*  
*cundum esse proprium videantur.*

Idem non obfere docet Concilium Senonense in Decretis fidei cap. 13. vbi dicitur; *beatiss peruum esse uniforme illud diuinitatis speculum, in quo quidquid coru interficit, illucsecat.* Faust S. Gregorius l. 4. dial. c. 33. *Quid est, quod ibi nestiani vbi scientia omnia sciunt?* Plura inferius assert.

Tertio probatur assertio ratione. Si enim haec cognitio, seu visio creaturarum in Verbo possibilis est, non est deneganda beatis: sed est possibilis: Ergo, &c. Maior probatur. Tum quia ea cognitio creaturarum eo ipso, quod habetur per principium longe excellentius, nimis ut per ipsam diuinam essentiam, multo perfectior & excellentior est, quam cognitio creaturarum per proprias species; magis ergo decet & exornat beatos. Tum quia si possibilis est, non potest negari fieri & haberet ea ratione connaturaliter: nullo enim ad hoc opus est non miraculo, siquidem Essentia diuina reipsa ac sua natura, in quantum seu species, seu causa eminentissima est creaturarum, potest intellectui creato representare creaturem claram conspiciendas. Tu quia hac ratione beati magis accedunt ad similitudinem Dei, qui & ipse quoq. in seipso velut ratione cognoscendi, creaturem videt, vt dicetur. Ergo si possibilis est modus iste videndi creaturem in Verbo, valde credibile est, reipsa in beatis reperiiri.

Minor probatur. Tum quia nulla potest adferri ratio ostendens implicationem contradictionis, vt ex solutionibus argumentorum patebit. Tum quia Deus ipse cognoscendo se, adeoque in se ipso cognoscit & videt creaturas, vt ex S. Dionysio c. 7. de diuin. Nom. dicetur dub seq. Ergo non implicat ex suo genere talis cognitio; ac proinde poterit etiam seruat proportione & in certo gradu creature communicari. Neque enim ex se dicit, aut connotat infinitam perfectionem in cognoscente; sed potius in ipso obiecto principaliter cognito; nimurum in ipsa scientia diuina, qua tam perfecta est, vt & seipsam ac simul creaturem clare videntem intellectu etiam creato exhibere & representare possit, vt paulo post magis declarabitur,

Secundò probatur assertio. Quia difficillimè

explicari potest, quomodo beati clari & distincte  
videant essentiam, & omnia attributa diuina,  
præfertim simul cum distinctione virtuali, quam  
inter se habent, ac non simul etiam creaturas vi-  
deant, saltem in genere: non solum quia attribu-  
ta inter se virtualiter non distinguuntur, nisi per  
respectum ad creaturas, vt dictum q. 2. dub. 3.  
sed etiam quia quædam attributa, vt omnipotenc-  
tia, immensitas, & ferè etiam æternitas, explicari  
à nobis non possunt, sine respectu ad creaturas, vt  
magis patebit dub. II. & dictum suo loco.

Tertio probatur. Quia commune est omni intellectui, maximè creato, in causa, vel ex causa cognoscere effectum, idque eo perfectius, quo causa ipsa & perfectius continet effectum; & ab intelligenti clarius cognoscitur: Ergo cum omnes creature continantur in Deo, velut in causa, perfectissimo & eminentissimo modo, Deusque ipse à beatis clarè & quidditatiè videatur, optimè fieri poterit, ut in Deo veluti causa, adeoque ex vi visionis Dei cognoscantur creature; idque eo melius & perfectius, quo clarius videtur Deus: quem discursum etiam habet S. Thomas hic quæst. 12, artic. 8. Et sane mirum est, quod nonnulli opposita sententia auctores, pronunciatum illud; Qui cognoscit causam, cognoscit effectum, concedunt de causa creatuæ; negant de increata; cum perse incredibile sit, minorem vim ad representandum effectum, habere causam increatam, quam creatam, cum potius quo perfectior est causa, eo melius utique effectum suum possit representare. Accedit deinde quod ipsomet Vazquez alibi nimirum 1. 2, d. 15. c. 4. n. 20. concedit, visionem Dei videri per ipsam visionem. Vbi visio Dei vtq; non solù concomitante se habet ad visionem ipsius visionis, sed planè causaliter, & antecedenter.

**Affertio III.** In eodem Verbo ac ex vi visionis Verbi, videri possunt, & re ipsa videntur à beatis creaturæ etiam secundum actualem existentiam, saltem illæ, quæ iuxta legom Dei, statim ab initio visionis cognoscuntur, iuxta conditio-nem cuiusque beati. Hanc assertione quod ad principale intentum, nimirum ex vi visionis Verbi videri creaturas, etiam quod ad actualem existentiam, indefinite loquendo, tradunt aperte S. Thomat præcipue 3. parte, & cum eo omnes autores citati pro præcedenti assertione; exceptis Henrico, Durando, Bassole, & Goffredo, supra p secunda sententiæ relatis. Cæteri omnes aut ge-neratim loquuntur de creaturis, aut expresse etiā subinde de ipsis secundum actualem existentiam, speciatim Augustinum, cum per eiusmodi cognitionem creaturarum, vñq; creatarum, & aliquâ-do existentium, distinguit sex dies creationis, lib. 4. de Genes. ad lit. à c. 22. & lib. 6. s. qq. p. 2. 6. Vnde probatur affertio hæc eodem modo, quo præcedens. Et confirmatur. Quia beati in Verbo cognoscunt decreta Dei libera de rebus factis aut faciendis, saltem aliqua & indefinite loquendo, vi-mox dicem⁹. Ergo etiā effect⁹ & obiecta eiusmodi decretorū, quæ sunt iuste res alignando existentes.

Dixi vero in assertione, primo saltem, illas videri, quæ ab initio visionis cognoscuntur à quo-

libet beato. Nam de quibusdam futuris contingentibus particularibus, vt sunt orationes ad unumquemque sanctorum particulatum aliquando fundend, specialis difficultas est, an beatum Verbo & ab initio, ac ex vi visionis ea intelligent, de quare dub. 10.

Dixi secundo iuxta conditionem cuiusque beati: qui acerum est, non omnes beatos videre omnes & singulas creaturas quandoq; existentes in individuo; sed vnumquemq; plures vel pauciores, pro conditione, aut statu cuiusque, vt declarabitur eodem dub. 10. & recte etiam docet S. Thomas hic q. 12. a. 8.

<sup>12</sup> Assertio IV. Beati in verbo, ac ex vi ipsius visionis Verbi, vident etiam decreta quadam, seu actus liberos diuinæ voluntatis. Ita habet communis sententia omnium eorum, qui præcedentem assertionem tenuerunt, speciatim Suarez lib. 2. de Deo cap. 24. n. 6. contra Nominales, & relativos pro secunda sententia: qui consequenter etiam hanc assertionem negare coguntur: cum impossibile sit, decreta diuina, qua formaliter talia sunt, & secundum id, quod diuina essentia superaddunt, distinetè intelligere, non cognito obiecto corundem.

Probatur assertio primum auctioritate SS. Patrum. Primo enim hoc pñlñ significat S. Dionysius de cel. hier. c. 7. vbi cum ex Theologorum traditione dixisset, inferiores celestium naturarum ordines à superioribus rite diuinæ scientias discere, summos autem à DEO ipso, pro suo captiuo doceri mysteria; mox inferioris huius doctrina modum explicans, ait: Ergo prima celestium spirituum hierarchia, à Deo recta sacer imperio, dum ad eum per se, nullius interueni, tota animi contentione fertur, reserturq; pro suo captiuo, sanctissimâ ingenti lumine, à prima perfectione perfecti perfectione purgatur, illustratur, atq; perficitur; ita ut & nihil submissus admixtū habens, & primi lumini plena, & cognitionis ac scientie, que prima datur particeps, absolviatur suis numeris omnibus.

<sup>13</sup> Et paulò post, Arque hic quidem est, quantum intelligere possum, primus celestium naturarum ordo, qui Deum nullius interiectu circumstat simplici modo, & qui comprehendendi non potest, aeternam eius scientiam, summa, vt in Angelis, firmata, que semper in motu cietur, obit & peragrat; ita ut & multas, beatasq; res purgatis oculis contempletur, & simplicibus, medioq; vacantibus splendoribus illustretur, & diuino cibo, qui multus est, ille quidem primalargitionis effusione, sed unus simplici, & unus effectrice diuini epuli, ut ita dicam, unitate satietur. Quibus verbis docet S. Dionysius, superiores Angelos, dum ad Deum ipsum per se feruntur, referunt diuino lumine simplici; & incomprehensibili modo, aeternam eius scientiam mente peragendo, seu contuendo, ab ipso Deo immediate illustrari; ita ut cum multa quidem (in ea vtique scientia diuina) etiam a Deo distincta contemplentur, simplicibus tamen medioque vacantibus splendoribus illustrentur, vnoque simplici cibo, ac epulo (diuina vtq; visionis) satientur.

Secundò idem docet S. Augustinus lib. 13. Confess. c. 15. vbi de sanctis Angelis ait: Non opus habent suspicere firmamentum hoc, & legendo cognoscere verbum tuum: vident enim faciem tuam semper, & ibi

legunt sine syllabis temporum, quid velit voluntas tua. Vbi audis beatos in ipsa facie diuina, eiusque intuitu legere quid Deus velit.

Tertiò idem tradit S. Bernardus lib. 5. de considerat. cap. 4. Quid ni, inquit, ibi (in caelesti patria) videatur cor Dei quid mihi probetur, quae sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta? Bona in se, placens in effectibus; beneplacens frumentis, perfecta perfectis, & nihil ultra quærentibus. Patens visceram misericordia, patens cogitationes pacis, dimittit salutis, mysteria bona voluntatis, benignitas arcana, que clausa mortalibus, etiam ipsis electis, suspecta fuit. Quibus verbis dum S. Bernardus ait, videri cor Dei, patere viscera misericordiae, & sic etiam voluntatem & cogitationes Dei patescere, non vtique de notitia voluntatis diuinæ per reuelationem extra Verbum accepta loquitur; id enim propriè non est videre cor Dei, sed reuelatione diuinæ voluntatis sensa addiscere.

<sup>14</sup> Ratio assertionis sumitur ex dictis assert. præced. Eadem enim ratio est cognoscendorum eiusmodi decretorum Dei, que creaturarum existentium, imò eò maior, quo decreta voluntatis diuinæ, sunt aliquid magis intrinsecum Dei: Præterquam quod Deus, ipse etiam sua eiusmodi decreta libera, in se ipso ac per suū visionem cognoscit, vt suo loco dicetur. Quare etiam modus ea cognoscendi ita explicari debet; non quod beatæ ea decreta videant solum ipso primo obiecto: sic enim non viderentur, nisi velut à posteriore, non autem in se ipsis; nec fortè possent omnia ita videri: sed quia ipsa in se, supposita corundem existentia, ac simul voluntate Dei, qua velit ea cognosci (sine hac enim cognoscendi non possunt; quia de causa etiam non omnia cognoscuntur, iuxta illud I. Cor. 2. vers. 11. Quis hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita. & quæ sunt Dei, nemo cognoscit, nisi spiritus Dei;) etiam citra aliam mutationem vel additionem, in ipso Deo videri possunt; si modo proportionatum lumen adit; sicut etiam ab eisdem aeternis decretis Dei re ipsa postea manant creature; cum antea non manassent; quamvis interim Deo ipso ac essentiâ eius secundum se eodem modo se habente: quod tametsi nobis videatur incomprehensibile, non est tamen impossibile; cum præterim simile quiddam in Angelorum locutione, qua suos sibi mutuo conceptus manifestant, accidat, vt suo loco de Angelis ex S. Thomæ sententia docetur.

Assertio V. An per visionem beatam, cognoscere possint etiam creature in proprio genere, questio nominis est; rectius tamen negatur. Probatur, & declaratur: duobus enim modis accipi potest cognitio rei in proprio genere; primo pro cognitione rei pro vt in se est; secundo pro cognitione rei per se ipsam, seu per propriam speciem immediate, non in alio; priori modo eam vocem accipit Marsilius in 3. q. 10. a. 2. qui proinde affirmatiam sententiam tuerit. Posteriori modo, & rectius, accipiunt eam vocem S. Thomas hic q. 12. a. 9. & q. 14. a. 5. item Scotus, & alij, in 3. d. 14. qui negant; qui proinde loquendi modus, vti communior, ac

magis receptas apud Theologos, ita simpliciter retinendus, ut recte etiam notauit Suarez 3. parte tom. 1. disp. 26. sect. 2.

Ceterum contra hanc doctrinam, qua diximus creatureas videri in verbo formaliter, tum secundum esse possibile, tum etiam actuale, obijcuntur ab auctoribus contraria sententiae plura; in quibus haec potissima; Primo; cognitio creaturearum in verbo, aut est intuitiva, aut abstractiva; non primum; quia ea cognitio vniuersim, non est cognitio creaturearum, ut existentium, sed quarundam duntaxat ut possibilium; nec secundum; quia talis cognitio foret imperfecta.

15. Respondeo, de hoc non posse esse nisi nominis questionem. Et quidem si cum Valsquio 1. p. tom. 2. d. 134. n. 8. cognitionem *intuitivam* vocare velimus omne illam, quae est propria, & quidditatiua rei in se, etiamsi non sit cognoscitua eiusdem ut actualiter praesentis, & existentis, tum ea cognitio creaturearum in verbo simpliciter & absolute dicenda erit intuitiva; cui modo loquendi fauent etiam S. Thomas hic. q. 12. a. 8. alijq; Theologi, dum non solum aiunt creatureas in verbo viciunt cognosci, sed absolute etiam videri. At vero si commun ratione intuitiu cognitionis retineamus, tum cognitio illa creaturearum existentium, ut existentes sunt, propriè quidem dicitur intuitiva, ut possibilium vero abstractiva, sed sine imperfectione, seu eminenter intuitiva, quia ut recte notauit Suarez cit. cap. 25. num. 36. non est instar alterius, sed quidditatiua & propria creaturearum, non minus, quam si immediate in se ipsis, seu per proprias species cognoscerentur.

Objicitur secundo. Intuitiu cognitioni intrinsecè repugnat, ut sit per medium cognitum, cum immediate terminari debeat ad rem ipsam in se visam: ergo impossibile est, ut cognitio creaturearum in Verbo, velut medio cognito, sit intuitiva.

16. Respondetur, verum esse antecedens, quando medium illud est creatum, adeoq; eiusdem generis & ordinis cum recreata cognita: falsum, quando medium illud est increatum, adeoq; formaliter, aut eminentissimo modo continet totam rationem, & entitatem eius, quod cognoscitur; tunc enim id nil obstat cognitioni intuitiu: ut recte etiam significauit Scotus quodlib. 14. §. *Ad ista*, & docet Suarez cap. 25. num. 25. & ferre agnoscit etiam ipse Valsquez disp. 38. num. 24. Quo sensu etiam Bannes, hic quest. 12. a. 8. ait, obiectionem procedere de cognitione, quae habetur in imagine imperfecta; nam cognitione rei, quae habetur in imagine altioris ordinis, & quae representant exactè & adæquatè ex parte rei representatè, est cognitione perfectissima, & intuitiva. Et ratio est, quia tale, tamque perfectum medium, non solum se ipsum immediate clare intellectui representare potest, sed etiam in seipso aliud, ita ut quamvis hoc mediate videatur in ipso, nihil nullatenus in se videatur, non minus quam si per propriam speciem videretur. Taceo quod Valsquez disp. 39. cap. 1. fusè contendit, ipsum etiam Verbum mentis, sine quo nulla est notitia intuitiva, ex mente S. Thomæ, esse medium cog-

nitum; quod tamen superius dub. 2. reiecamus. Obijcitur tertio. Vel essentia secundum se, est ratio videnti creatureas; vel vna cum relatione aliqua, seu reali, seu rationis; neutrum potest dici. Non primum; tum quia res absolute secundum se spectata, non potest esse ratio cognoscendi aliud, ut inductione patet. Nec secundum; relatio enim realis ad creatureas in Deo nulla datur, iuxta S. Thomam q. 13. a. 17; Relatio rationis non sufficit; tum quia haec ipsa non potest cognosci ex vi beatifica visionis, non magis, quam creature; nec per essentiam, ut quid absolutum est, ut ut ante dictum; nec per aliam relationem rationis, sic enim daretur processus in infinitum. Tum quia relatio non potest cognosci, nisi cognito termino, quem respicit, sed terminus quem respicit relatio rationis in Deo, est creature: Ergo non potest cognosci, nisi cognita creature, ac proinde non potest esse ratio cognoscendi creaturem.

17. Respondeo cum Suarez hic lib. 2. c. 25. n. 23. rationem cognoscendi creatureas, ex parte obiecti esse ipsam essentiam diuinam secundum se, etiam ut quiddam absolutum est. Ad primam instantiam negatur assumptum vniuersaliter acceptum; neque vero inductio procedit nisi in rebus creatis, in quibus realis dependentia vnius ad alterum, necessario ex vtraque parte includit, aut supponit aut certe secum trahit relationem realem, sive prædicamentalem, sive transcendentalis; secus est in Deo & creature, ubi terminus alter nimis Deus, est incapax relationis realis ad creaturem. Alioqui pari argumentationis forma probaretur, non posse à Deo effectiu manare, aut dependere ullam creatutam; Omnis enim aliquicauis, à qua effectiu procedit aliquis effectus habet relationem realem ad effectum productum; Deus non habet: Ergo &c.

Accedit, quod neque in rebus creatis, relatio ipsa, seu relatum quaque, propriè est ratio seu medium cognoscendi correlatum; simul enim vtrumque cognoscitur; nec est causa, cur hoc potius propter illud cognoscatur, quam è contrario: Sed positofundamento, & termino, etiam ut absolutum quid est, cognoscitur vtrumque correlatum. Ut igitur obiectum aliquod cognitum ducat in cognitionem alterius rei (etiam subinde quidditatibus, & secundum proprium conceptum eius) non est necessarium, ut ad illam dicat respectum; sed satis est, habere cum ea certainam connexionem, vel manantis ab illa, vel ex se producentis, sive continentis illam. Sicut etiam actus, seu voluntas creandi, quamvis in Deo absolute sit, tamen suo tempore insertac in esse constituit creaturem; atque ipsa etiam imago creatura dicit in cognitionem prototypi, non ratione relationis formaliter; realem enim sibi non habet; rationis relatio non sufficit, ut authores illi in præsenti argumentabantur; sed propter unitatem, quae est fundamentum relationis. Multò igitur magis in proposito sufficit, ut essentia diuina sit fundamentaliter relativa.

18. Et confirmatur haec responsio; nam quo argu-  
mento

mento in obiectione proposita probatur relatio nem rationis non posse esse rationē cognoscendi creaturas; eodem probatur idem etiam de relatio ne reali, etiam posito, quod in Deo esset relatio realis ad creaturas. Sie enim accommodatur argumentatio: Relatio realis non potest cognosci, nisi cognito termino quem respicit: Sed terminus quē ex hypothēsi respiceret relatio realis in Deo, esset creatura: ergo non posset cognosci, nisi cognitā creatura; ergo non esset ratio cognoscendi creaturam. Cum igitur nec in rebus creatis ratio cognoscendi rem unam ex alia sit relatio, sive rationis sive realis; nec etiamsi in ipso Deo esset relatio realis ad creaturas, ea quicquam facere ad cognitionem creaturarum: euidentē est, ex eo minimē probari, creaturas in Deo non posse cognosci, quia Deus caret relatione reali ad crea turas.

Atque eandem responsionem etiam adhibet Albertinus tom. I. princip. I. coroll. 5. n. 6. Vbi tamen simul etiam aliam responsionem habet; videlicet non esse absurdum dicere, essentiam diuinam esse formaliter relativam, relatione trans cendentali ad creaturas; cum hæc relatio dicat ordinem ad terminum, tanquam ad quid post erius naturā; secus est de relatione prædicamen tali, quod etiam docet coroll. 4. n. 10. Sed hæc responſio videtur contra communem senten tiā Doctorum in 2. dist. 30. ut suo loco dicetur; insistendum ergo priori, tanquam communi, & quæ sola ad propositum abunde sufficit.

Obijicitur quartū, si essentia diuina est ratio videndi creaturas; sequetur vīsa essentiā necessario videri, aut saltem videri posse creaturas quilibet (ad eoque ipsum etiam extreum iudicij diem) imo etiam omnes: cum es tentia diuina vt sic equaliter habeat ad omnes, si debita proportione instituatur comparatio; vel ad possibiles, vel ad existentes, singulas in suo ordine.

Respondeatur, negando sequelam; quia præter obiectum & rationem videndi creaturas in Deo, requiritur præterea, tum ex parte Dei, tanquam conditio, voluntas repræsentandi creaturas; Deus enim est speculum voluntarium in creaturis repræsentandis; tum ex parte subiecti, lumen gloriae proportionatum; vt sequenti dubio fuisis explicabitur: hinc ergo fit, vt etiam vīsa essentiā, non necessario videantur, aut omnes, aut etiam aliqua creatura, saltem determinatē & in particuliari; vtrum enim aliunde necessarium sit, videre aliquas saltem in genere, ac indeterminatē, dub. ultimo dicitur.

Neque verò sequitur, si essentia diuina clare vīsa, est ratio cognoscendi creaturas; ex parte es tentiā diuina, non ex parte luminis gloriae, causam assignandum esse, cur hæc creatura potius videantur quam alia. Quando enim ad effectum aliquem plures ea usū necessaria sunt, satis est ad quandam diuersitatem effectus, ex parte, vnius causæ diuersitatem assignare, etiam si altera eodem modo se habeat; vt patet in calefactione solis, ex qua ob diuersitatem dispositionū diuersioruntur effectus, etiamsi calefactio-

secundum se eadem sit. Ita ergo cum in proposito, ad videndas in essentia diuina creaturas, præter essentiam, quæ est ratio videndi ex parte obiecti, requiratur etiam, velut ratio videndi ex parte subiecti, lumen gloriae, quod saltem secundum rationem individuum variari potest, vt dicimus, non est, vt quidam contra Suauium ob iicit, vllus memorie lapsa, dicere, ob diuersitatem luminis gloriae variari ea ratione visionem, etiam si aliqui diuina essentia, quæ est ratio videndi creaturas ex parte obiecti, eodem modo se habeant.

Obijicitur quarto. Beati progressu temporis multa vident, quæ non viderunt à principio beatitudinis: Ergo non vident illa per ipsam visionē; aut saltem non vi illius visionis: quia visio beatifica circa Deum, non augeratur vel minuitur progressu temporis, sed semper manet sibi similis, & æqualis.

Respondeo I. Propter hanc causam superius in assert. I. additam esse limitationem, videri eas creaturas, ex vi visionis, quas beati à principio visionis cognoscunt; de ceteris enim dub. agendum. Respōderetur secundō; si semel concedatur, eadē visione beatifica, ex sola Dei voluntate, per eandem Dei visionem, incipientis quādam reuelare, quæ antea non volebat, progressu temporis videri quādam à beatis posse, quæ antea non videbantur; facilem esse modūm expli candi, quomodo ea non solum per eandem visionem, sed etiam ex vi visionis videantur, etiamsi ab initio visionis non viderentur; nimurum quia tunc oportebit fateri, ad creaturas in Deo, & ex vi visionis videndas, velut conditionem requiri voluntatem Dei, volentis ea per visionem sive essentiā reuelare; cuius proinde conditionis defectu, ab initio videri non poterant; licet, postea per eandem visionem, & ex vi eiusdem visionis viderentur, ob impletam & suffiscentem pro eo tempore conditionem requiritam; eo quod Deus aeterna sua voluntate, pro illo solum tempore subsequenti vellet creaturas videri, non pro tempore, antecedenti. Nam si voluntas illa Dei extrinseca, potest esse ratio, cur per eandem aliqui visionem vno tempore creaturæ videri a beatis possint, non alio; poterit etiam esse ratio, cur vno tempore, ex vi eiusdem visionis videantur, & non alio. An vero sola Dei voluntas extrinseca, ad eiusmodi visionis nouitatem, seu diuersitatem sufficiat, absque alia mutatione intrinseca visionis & lu minis gloriae, sive vīsio illa sit ratio videndi creaturas, sive non, dicet. dub. sequenti.

Obijicitur sextū. Stante æquali beatitudine, & claritate visionis, nihilominus beati diuersi vident alia, & alia, plura, & pauciora; cū singuli videant ea quæ ad suum statum pertinent: Ergo illa inæqualitas non est petenda ex vi visionis Dei; cum illa sit æqualis in virtute, vt supponitur, sed potius ex libera DEI ordinatione, qui voluit, & disponit, vt quisque videat ea, quæ ad ipsum pertinent.

Respondeo primo, hoc argumento ut sumum hoc solum probari, non ex ipsa per se visione Dei sola petendam esse causam, cur diversi beati diversa videant, sed etiam ex Dei ordinatione, tanquam conditione requisita ad hoc, ut per eandem visionem Dei, aut etiam ex vi eiusdem visionis creaturæ in Deo videantur, ut antea dictum; de quare modus non disputamus. Respondeo secundum, recte quidem probari diuersitatem illam non esse petendam ex natura & vi visionis Dei, secundum suarationem specificam, aut etiam rationem individuum claritatis, sive intensionis spectatam; ex qua petenda est in æqualitas beatitudinis essentia lis, ut superius dictum; sed non probatur, petenda non esse ex ratione individua visionis, aut luminis gloriae, secundum extensionem, vt dicetur dub sequenti. Ex quibus etiam patet id, quod circa probationem secunda assertionis diximus, nullam posse adferri ratione implicationis contradictionis, quare in Deo ex vi ipsius visionis, videri non possint creature; quæ proinde potentia, cum aliquo ad maiorem ipsius Dei & beatorum gloria cedat, & communis Theologorum sensu comprobetur, non est Deo deneganda: neque in his, præfertim supernaturalibus materijs, veritas ex facilitate sententia æstimanda est: sed ex principiis longe grauioribus, ut dictum.

## DVBIUM IX.

*Quanam ratione, & modo, in Verbo videantur creature, & unde oriatur diuersitas visionis creaturarum in Verbo.*

S. Thomas I. p. q. 12. a. 8. & 9.

**M**odus quo in Verbo videri possunt creature, dupliciter spectari potest; primo ex parte ipsius Verbi, secundo ex parte beati cognoscens, de utroque in proposito agendum. Et quod ad primum attinet; duo sunt modi generales, quibus creature secundum suum proprium esse in DEO seu Verbo, eademque Visione Dei, cognosci posse videantur. Vnus in Deo, velut medio cognito; alter in Deo, velut medio, ut sic non cognito: prior modo V. G. cognoscimus ex vestigio animal, ex fumo ignem, ex causa effectum, & econtra; posterior modo cognoscimus per Verbum mentis, aut species intentionales, seu sensibiles, seu intelligibles, earundem obiecta.

In particulari vero alterutro hoc generali cognitionis modo, sex rursus distingui possunt speciales modi, videndi creature in Deo. Primus est cognitio creature in Deo veluti causa effectiva, eminenter continentे creature. 2. Cognitio creature in Deo seu Verbo, ut in causa exemplari & idea. 3. In scientia & conceptu ipsius creature, adeoque in Deo ut cognoscere, quo spectat modus ille quem vocant in arte & sapientia Dei, ut cum S. Augustino infra loquitur Molina q. 12. a. 8. disp. 2. 4. In verbo, ut in specie intelligibili repräsentante, sive suppleente.

locum speciei. 5. In libera determinatione voluntatis diuinæ. 6. In Deo velut speculo. Cum enim creature tribus modis sint in Deo, nimirum 1. eminenter velut in causa efficiente. 2. Obiectiva, velut in intelligenti. 3. Repräsentatiuē, ut in idea, sive exemplari, vel etiam specie quasi intelligibili; recte ab his desum possunt varijs modis, quibus creature videantur in Deo. Et ex recentissimi quidem primus & quintus respondet DEO velut causa efficiente; tertius veluti intelligenti, secundus, quartus, & sextus veluti repräsentanti; licet hoc loco nec dum velimus definitum, an reuera omnes isti modi sint inter se distincti, hoc enim inferius definitur.

**A**ffertio I. Creaturæ tam secundum esse actuale, quam possibile videntur à beatis in Deo velut causa; sive ut in actu primo, & velut remotè solum causativa, si creature solum spectentur secundum esse possibile; sive ut iam determinata ad agendum, per liberum decretum diuinæ voluntatis; si creature specentur secundum esse actuale existentia. Prior pars est communis Doctorum, quam expresse tradunt S. Thomas hic quæst. 12. artic. 8. & quæst. 14. artic. 5. & 3. parte quæst. 10. artic. 2. & 3. & quæst. 8. de verit. artic. 4. & 5. & quæst. 20. artic. 4. ubi etiam docet, creature potius videri in Deo ut in causa, quam ut in speculo. Conscientiū Durandus in 1. distinct. 35. q. 2. & in 4. dist. 49. q. 3. Ferrariensis 1. contra Gentes. c. 49. Cajetanus & alij Thomista recentiores hic a 8. Greg. de Valentia. q. 12. pun. 6. Molina disp. 2. Albertinus tomo 1. principio 1. Corol. 4. punc. 4. & Cor. 5. pun. 2. & 3. n. 7. item Suarez lib. 2. cap. 25. a num. 20. Etsi cap. 27. n. 12. de creaturis secundum esse actuale, non nihil ambiguus.

Probatur primo. Nam Deus ipse videt in se, ut in causa eminentissima creature; quod aperte docet Dionysius cap. 7. de diuinis nom. ab expositoribus & grauioribus Scholasticis post S. Thomam. 1. p. q. 14. a. 5. & 6. ita vnamiter intellectus; quidquid nonnulli recentiores in alienum sensum trahant potius, quam explicent Dionysium. Verba ipsius sunt. Quare diuina mens omnia continet scientiam, qua secreta est ab omnibus quae per causam rerum omnium in se rerum omnium scientiam anticipatam habet. Ita ut Angelos antequam fierent cognoscerent, proferretque in lucem, & que sunt omnia ex se, atque ab ipso, ut ita dicam, initio cognita haberent in lucem, que proferret. Id diuina scripta tradere existimo, cum ait, qui nouit omnia, antequam fierent. Neque enim ea quae sunt, ex ijs quae sunt discere nouit diuina Mens, sed ex se, & in se per causam rerum omnium cognitionem, scientiam efficiatque anticipatam, & ante comprehensam habet; non quod per speciem singula consideret, sed quod in causa complexu omnia sciat & contineat; quemadmodum etiam lux per causam in se tenebrarum notitiam anticipatam & informatam habet; quod non aliunde quam ex luce tenebras norit. Se ipsam ergo noscens diuina sapientia nouit omnia, sine materia ea, qua ex materia constant, sine divisione ea, que diuidua sunt; multa coniuncte, dum ipso uno omnia noscit, & procreat. Si enim causa una Diversibus

omnibus

omnibus statim largitur, eadem etiam causa una, omnia ut à se profecta, & in se ante constantia cognoscet; nec ab ijs, quae sunt ipsorum notitiam accipiet, sed & singulis suis, & alijs aliorum notitiam impartiet. Non igitur propriam sui notitiam Deus habet, aliam autem quae communiter ac generaliter ea quae sunt omnia comprehendit. Ipsa enim se ipsam omnium causam noscens, nullo proposito modo, ea quae à se profecta sunt, & quorum causa est ignorabit. Hac ergo Deus ea quae sunt noscit, non rerum notitia, sed sua. Ita Dionysius; quibus verbis nescio quid vel à disputatore Theologo hodie explicatus in hac re dici possit.

Secundo generale est, ut cognita causa cognoscatur effectus; sicut in principijs vel ex principijs cogniti cognoscuntur conclusiones; idque non proprio ob relationem quam habet causa creata ad effectum, sed ob dependentiam huius ab illo, quae est fundamentum relationis, ut dictum dubio præcedenti.

Tertio Angeli re ipsa eodem actu in causa cognoscunt effectum, & in subiecti essentia passiones: ergo & per lumen gloriae hoc fieri potest; cum sit multo altioris ordinis, quā lumen Angelicum.

Posteriorem partem assertionis, quā prior pars explicatur, accommodatē ad mentem eorū, quos pro ea citauimus, recte tradidit Molina hic quæst. 12. art. 8. disput. 2. Ratio paret; quia sicut diuina essentia secundum se nude spectata, à parte, non constituit in esse actuali creaturas, sine libera determinatione diuinæ voluntatis; ita etiā ipsa per se nude spectata non potest esse ratio sufficiens, eas secundum esse actuale cognoscendi: secus est de creaturis secundum esse possibile; quod vt per se etiam necessarium est, ita rationē cognoscendi habere potest in Deo naturalem et necessariam suppositis ceteroqui requisitis conditionibus.

Assertio II. Simili etiam modo cognoscuntur creature in Deo, velut in idea & causa exemplari. Ita Henricus quodlib. 7. quæst. 4. & admittunt Suarez lib. 2. c. 25. num. 29. & Albertinus loco citato. Et colligunt ex S. Thomā quæst. 15. art. 3. Probarūt; quia Deus per modum idea est veluti perfectissimum & eminentissimum quoddam prototypum, ad quod conformantur creature: ergo sicut ex creato prototypo, veluti causa exemplari, cognoscitur imago; ita etiam in Deo, velut exemplari creaturarum, cognosci poterunt, adeoque re ipsa cognoscetur creature.

Accedit quod Deus ipse etiam, iuxta nostrum concipiendi modum, reflexo quasi conceptu, in verbo tanquam idea creaturarum intelligi potest creature cognoscere. Sicut enim Deus directe cognoscit se & creature, ita etiam quasi reflexè cognoscit suum conceptum & notitiam; ac proinde eadē etiam quasi mentis reflexione, obiecta suorum conceptuum; sine quibus notitia seu conceptus aliquis distincte cognosci non potest: Cum ergo idea diuina nihil aliud sint in Deo, quam ipsi conceptus diuinae mentis, prout sunt imitabiles à creaturis, ut suō loco dicetur, recte Deus in se, velut idea, cognoscere poterit creature.

Et quia iuxta S. Thomā hic quæst. 15. art. 3.

ideæ sunt rerum non solum quandoque existentium, sed etiam posibilium (cum exemplar secundum eundem sit rerum existentium, seu futurorum tantum) recte dici potest, essentiam diuinam per modum ideae esse rationem cognoscendi res creatas, tum possibiles tantum, & secundum esse possibile; tum etiam adiuncta cognitio Diuinæ determinationis, actu quandoque existentium, & secundum esse actuale.

Dices. Idea seu causa exemplaris non potest esse ratio cognoscendi creaturas, nisi cognitione abstractiuā, & ad instar alterius, nou autem intuitiuā. Respondeo, id verum esse de idea creatura, non autem de increate, quae simul eminentissime continet omnem perfectionem creaturarum; ut vniuersum dictum dubio præcedenti.

Assertio III. Eadem etiam ratione cognoscuntur creature in Deo, veluti verbo, seu conceptu, & scientia creaturarum; *Sicut in arte & sapientia Dei.* Ita Gregorius de Valentia quæst. 12. puncto 6. Molina cit. disp. 2. Suarez & Albertinus locis citatis; & videtur communis Doctorum, qui ea ratione dicunt, creaturas videri in verbo; nimis quā verbum est. Probatur auctoritate sanctorum Patrum. Ita enim S. Dionysius citat, dubio præcedenti assertione 4. ait. cap. 7. *cælest. Hierarch. Angelos aterniam Dei scientiam peragrade, multisque res purgati oculis contemplari;* nimis quā eam ipsam Dei scientiam obeundo & peragrando. Eodem plane sensu sanctus Augustinus lib. 11. de Civit. Dei cap. 2. & saepius alibi docet, creaturā cognosci in Dei sapientia, velut in arte, qua facta est; cuius rei plura testimonia adduximus dubio præcedenti assert. 2. eodem sensu S. Bernardus lib. 1. de Consider. ad Eugenii. cap. 1. dixit, à Beatis videri verbum, & in verbo facta per verbum. Et capit. 5. *videri cor & viscera Dei, & arcana mysteria,* ut retulimus dub. præcedenti assert. 2. & 4. Idem significat Sanctus Gregorius liber. 4. Dialog. capit. 33. citatus dub. præcedenti.

Ratio est, tum quia Beati cognoscunt creaturas in Deo velut idea: ergo etiam in Deo veluti verbo seu conceptu: cum idea nihil sit aliud, quam conceptus Dei, ut dictum. Tum quia verbum creatum, sive conceptus, est expressa, & actualis similitudo obiecti, seu rei intellecta: ergo ex se aptum est ducere in notitiam obiecti, si cognoscatur: ergo multo magis verbum, & conceptus creaturarum in Deo; cum sit longe, perfectissima similitudo expressa creaturarum, erit aptum medium cognoscendi creaturas eodem verbo cognitas, si modo ab aliquo distincte cognoscatur ipsum verbum, & cetera requisita non desint: at vero Beati clare & intuituē vident verbum illud, seu conceptum in creaturam creaturarum in Deo: Ergo optimè & excellentissime, etiam poterunt cognoscere creature velut obiecta eiusdem; ac proinde etiam sic re ipsa cognoscere; cum nihil illis desit ad hoc requisitum, ut inferius dicetur.

Et confirmatur: quia impossibile est, clare & distincte videre aliquem conceptum seu notitiam & verbum mentis, non simul etiam viso obiecto

eiudem cogitationis; sicut impossibile est clare videre motum sine termino intrinsecō motus &c. ergo impossibile est etiam videre verbum, seu cōceptum creaturarum in Deo, vt quidem verbum creaturarum est, non viso itidem eiudem obiecto. Vtrum tamen absolute fieri possit, vt verbum diuinum secundum se videatur non visa illa creatura, dicitur dubio. 11.

Objicitur. Verbum non potest esse ratio cognoscendi, nisi ipsi, qui exprimit vel habet verbum in suo intellectu. Beati non exprimunt, nec in suo intellectu subiective habent verbū illud diuinum.

Respondeo distinguendo maiorem; vera est enim quidem si de ratione cognoscendi formalis, seu per modum cause formalis loquamur; non autem si loquamur de ratione cognoscendi obiectiva, quæ nimur per modum obiecti cogniti ratio sit cognoscendi obiectum.

Quis enim neget, vnumquemque etiam cognitum, quid alter cogitet, seu obiectum cogitationis alienæ, si ipsam eius cogitationem clare & distinctè cognoscat; vt re ipsa sit in Angelis, dum sibi mutuo loquuntur?

6 Assertio IV. Simili ratione cognoscitur à Beatis creature in Deo, etiam vt in specie intelligibili, siue supplete locū speciei intelligibilis. Ita Gregorius de Valentia q. 12. p. 6. Suarez cit. lib. 2. c. 25. n. 53. Albertinus tomo 1. principio 1. Corol. 5. p. 1. & 2. vbi etiam n. 4. putat, nil repugnare, quo min⁹ etiam extra verbum Deus obiectus locū speciei intelligibilis, in cognitione creaturarū, modo potentia sit proportionata lumine instructa. Consentiant Thomistæ recētiores cum S. Thoma hic q. 12. a. 9.

Differunt tamen autores isti nonnihil in modo explicandi. Suarez enim non distinguens hunc modū videnti à duobus alijs, nimur cognoscēti creaturas in Deo velut causa, & idea, siue cognoscēte; solū admissit, posse Deū supplere locū speciei intelligibilis in creature cognitione, vel vt supernam causam, qua potest se solā efficiere qdquid inferiores formæ possunt, atque ita etiam in quibuslibet sensuum actibus supplere concūrsum speciei sensibilis; vel per modum supremi obiecti actu intelligibilis, quod per se ipsum etiam potest influere cum potentia, etiam ad creaturarum cognitionem, secundario tamen & consequenter. Et hoc modus, inquit, proprie pertinet ad visionem beatam, qua cognoscuntur creaturas in DEO. Albertinus autem loco cit. tribuit essentiā diuinā proprium munus & causalitatem speciei intelligibilis, etiam in ordine ad cognitionem creaturarum. Quocirca etiam concūrsum D ē 1 ad visionem creaturarum, per modum speciei, distinguit à concūrso eiusdem, vt causæ cognita. Quod etiam mihi probatur.

Ratio est, quia Deus eum non solum eminentissime cōtineat perfectionem omnīū creaturarum, ipsarumque adeo etiam specierum intelligibiliū, sed etiā sit eminentissima similitudo carundē, habebit vtique connaturaliter vim excellentissimā in actu primo repräsentandi, ex parte obiecti, ipsas etiam creaturas; quod est propriū munus speciei intelligibilis; in quo proinde secundum se spectato, nulla inuoluitur imperfectio: informa-

re enim potentiam, eique inhærere; vel ab obiecto effectiū procedere, per accidens est speciei intelligibili, vt etiam supra dubio 2. dictum.

Assertio V. Possunt etiam à Beatis cognosci creature in voluntate diuina, seu quasi simplici actu complacentia illas approbante, si de creaturis loquamur solū secundum esse possibile; seu etiā per liberum decretum determinata ad illas producendas, si de creaturis quo ad existētiā actualē loquamur. Hunc modum cognoscendi refert Molina hic q. 12. a. 8. disp. 2. & indicant SS. Patres, prasertim S. Bernardus lo. cit. quando significat, beatos videre cor Dei, & viscera Dei; & sic etiam cognoscere occultā mysteria. Ratio est, quia etiam volitio determinate & distincte cognosci non potest, nisi cognoscere obiecto: cum ergo beati in coelis per visionem clarē intueantur voluntatē diuinam, ipsaque etiam decreta quādam libera diuinę voluntatis, singuli seruatā proportione debita, vt dubio sequenti dicetur, recte simil etiam in ipsa diuina voluntate cognoscere poterunt, adeoque re ipsa cognoscēti creaturas: cum hoc tamē discriminē, quod cum Deus creaturas secundum esse possibile necessario simplici complacentia actu velit; existentia autem actualis creaturarum necessario requirat efficax & liberum decretum diuinę voluntatis; creature hoc posterori modo cognosci non possunt in diuina voluntate, sub ratione simplicis complacentia, sed solum priori modo, vt in assertione dictum.

8 Assertio VI. Recte quidem etiam creature dicuntur à beatis cognoscēti in Deo, seu verbo, velut speculo voluntario: sed hic modus cognoscendi non est à superioribus distinctus; sed sub singulis comprehenditur. Ita Gregorius de Valentia hic q. 12. punct. 6. Suarez lib. cap. 25. num. 44. Et prima pars sumitur ex Sancto Ambrolio libr. 2. in Lucam, & S. Augustino epist. 112. & Authore libr. de tripli habitaculo capit. vltimō, tomo 9. August. & communiter recepta est à Scholasticis, cum S. Thoma hic quæst. 12. art. 8. ad 2. & quæst. 14. art. 5. & in 3. dist. 14. quæst. 1. art. 1. quæst. 14. 4. ad 1. & quæst. 8. de veritate art. 4. & quæst. 12. art. 6.

Ratio vero assertionis est; quia modus ille loquendi, videri creaturas in Deo, velut speculo, metaphoricus est; adeoque metaphoricē solum & confusè significat, quod alijs modis commemoratis proprie & distincte explicatur. Ratio vero metaphoræ & similitudinis in hoc consistit; quod sicut speculum objicitur visui, & visus tendendo in illud, transit ad rem aliam in speculo repreäsentatam; ita Beatus intuendo essentiam diuinam, per eam transit quodammodo ad cognoscendas creaturas, modo aliquo explicato. voluntarum autem hoc speculum dicitur, quia per illud Deus absolute loquendo videtur, quando vult, quantum vult, & quomodo vult, vt mox inferioris declarabitur.

9 Assertio VII. Modus cognoscendi creaturas in Deo, velut causa, idea, verbo, siue scientia, & in voluntate, necessario est per medium cogniti; vt in specie autem non item. Et communis apud autores citatos, qui hos modos cognoscēti crea-

turas

turas in Deo admittunt, speciatim vero de modo cognoscendi creaturas in Deo velut causa, ita sentiunt S. Thomas q. 8. de veritat. a. 4. & 5. & q. 20. art. 4. & hic quest. 12. art. 8. & quest. 14. a. 5. Caetanus & alij Thomistæ recentiores ibidem, Durandus in 4. dist. 49. q. 3. Ferrariensis 1. contra Gentes cap. 49. Greg. de Valentia citato pun. 6. Molina ar. 8. disp. 2. Suarez lib. 2. de Deo cap. 25. num. 20. & omnes citati assert. 1. Ratio est; quia nunquam effectus propriæ cognoscendi potest in causa; nec imago seu effectus in sua idea, siue exemplari; nec obiectum cognitum in verbo, seu scientia alterius; nec obiectum amatum seu volitum in alterius voluntate, nisi ratione prius cognoscatur causa, idea, verbum, & volitio. Igitur quoties effectus videtur in causa (eadem est ratio aliorum trium modorum) ita in ea videtur., vt quamvis re ipsa eadem sit cognitio causa & effectus, ratione tamen prius terminetur ad causam quam ad effectum; adeo ut visio causa sit ratio cur eadem visio terminetur etiam ad effectum.

Alia ratio est speciei intelligibilis; cuius, unde cunque demum proficitur, atque etiam si in cognoscente ipso non inhæreat, proprium munus non est repræsentare vt medium cognitum, sed per modum signi formalis non cogniti, ve in hoc proposito etiam sentit Albertinus loco citat. tom. 1. princip. 1. Coroll. 5. punct. 1. & 2. & indicat Gregorius de Valentia hic punct. 6. nec omnino negat Suarez cap. 25. num. 53. quamvis simul etiam addat aliud modum, quo creaturæ videantur in Deo, speciei quasi munus obcompte, velut medio cognito, vt dictum etiam assertio 4.

Neque id est plane improbabile; cum etiam in rebus creatis mihi certissimum sit species visibiles posse esse medium cognitum, quo salte abstractiue etiam cognoscatur obiectum, non quidem quādo in speculo obiectum reflexe videtur, sed quādo species visibiles per angustum foramen in obfucrum locum immittuntur, & charta, seu panno albo, debitâ distantia, & modo seruatis, excipiuntur. Tunc enim directe non videri obiectum, sed solum species manifesta argumenta conuincunt. 1. Quia si reflexe videretur obiectum per species, tum non videretur in quo situ oculi ad charta, seu linteum, quo species recipiuntur, sed solum in certo situ & loco, ad quem iuxta varium incidentia ratiū, species reflectuntur, vt in speculo est videre, & demonstrant opici. 2. Videretur obiectum simul cum modo distantia. 3. Melius & clarius videretur obiectum, si species speculo potius, quam alba charta, vel linteo exciperentur; cum illud multò melius, hæc autem vix possint reflecter species: & tamen applicato ad eum modum speculo, vix quicquam videtur. Ipsi oculi easdem species non aliter quam picturam in charta depictam & ibidem subiectiue existentem contuentur. Quibus rationibus etiam philosophis plerisque video nunc esse persuasum, eo casu, & modo videri species, non obiectum; quamvis interim obiectum eo medio simul vtique etiam abstractiue per intellectu cognoscatur vt per imaginē visā prototypū.

Cum igitur species etiam sensibiles possint esse, ratio cognoscendi obiectū per modum mediū cogniti, cur non etiam intelligibiles; præsertim diuinilla, quæ tam eminentis excellentia est, vt simul etiam perfectissimo modo contincat omnes perfectiones omnium creaturarum; ob quā perfectiōne infinitam nihil obstat, quo minus etiā per eā quasi intuitu ipsum in se obiectū cognoscatur; tametsi specie<sup>3</sup> creatis hoc ob earū imperfectiōnem, non conueniat, vt dictū etiam assertionē 2.

Intelligenda vero sunt ea, qua hactenus diximus, de creaturis, vt entia sunt, ac Deo auctori siue causa attribui possunt; quia peccata cum vt sic nec sint Dei causantis, nec volentis, nec vt ideas, ad quā conformēt; nec forte vt speciei intelligibilis, per modū supremi obiectiū directe ipsas repræsentatīs, ideo solū videtur in Vrbo per extēsionē visionis ad ipsas, Deo supplētlocū speciei, vt recte Suarez l. 2. c. 27. n. 9. & 12. Nisi quis putet, hæc in verbo formaliter prorsus non videri; quod tamē cōsequēter dici nō potest; quia sic nec finis, & causa Incarnationis in verbo videretur, quod est contra ea, qua dicimus dubio sequenti.

Obijcies primō. Modus cognoscendi creaturas in Deo, veluti specie ac medio vt sic non cognito, non fundatur in visione Dei: ergo non est proprie ex vi visionis Dei.

Respondeo, et si nō fundetur in visione Dei veluti speciei, tamē fundari in visione Dei, veluti obiectiū eminentissimi, & infinitè excedentis quodlibet obiectū creatum. Quo fit, vt consequenter & secundario, ex vi eiusdem gradus indiuisibilis intēsionis, extendi possit eadē visio ad creaturas, tanquam obiectū excessum, vt fusē declarat Albertinus princ. 1. Corol. 5. In quē sensum etiā dicit Suarez c. 27. n. 12. Satis esse, quod illa scientia & visio Dei consequenter extendatur ad existentias creaturarum cognoscendas. Responderi etiam potest esse ex vi visionis Dei, saltē moraliter; quia secundum legem Dei ordinariam, ea functio Diuīng speciei ad creaturas repræsentandas, ratione nostrā oritur ex visione Dei, sine qua Deus id munus erga creaturā intellectū nō obiret. Et quicquid sit de modo loquendi; saltem dē re constat, posse ita etiam videri creaturas in verbo, & ex vi verbi, eadem visione, qua verbum videtur.

Obijcies secundō. Multiplex ille modus viden- di creaturas in Deo potius videtur impediēre, quā promouere clarā earundem visionem, iuxta illud Poeta Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

Respondeo, nō impediēre, sed promouere: quia modi illi nō sunt per media re ipsa diuersa, sed per vnam & eandem essentiam diuinam, quæ simplicissimè & intrinsecè continet plures illas rationes repræsentandi, quas cum Beati vno intuitu prout etiā à parte rei in Deo vnu sunt, clare intueantur, fateri necesse est, ijs non turbari & distrahi intellectū, sed poti⁹ quasi iuuari ad ipsas creaturas perfectius aliquo modo intuendas: perinde ac ē res eadē, ac iuuariata, eodē modo & actu simul directe, & reflexe, in se & in alio, clare & perspicue oculis posset conspicī. Et quāuis beati visione beatifica varias illas Dei perfectiones, à quibus varius ille modus cognoscendi creaturas in Deo defu-

mitur.

mitur, non distinguant, ut suo loco generatim de attributis diuinis dictum; rectè tamen à nobis distinguuntur, sicut & cætera attributa diuina. Neq; vero hæc inter se pugnāt, videri creaturas in Deo, vno modo, velut medio cognito, & simul altero modo, velut in medio non cognito, etiā vnicā visione: siquidē vnu & id ē assensu conclusionis scientiae elicitor, & per species intelligibiles, velut mediū non cognitū, & ob mediū demonstrationis, seu præmissas, velut mediū cognitū. Quas rationes tam cogniti, quā incogniti mediij, vna & eadē indiuisibilis essentia diuina, ob suam perfectionē eminentissimè continet. Atque hæc haec tenus de modo videndi creaturas in Deo, quatenus consideratur ex parte ipsius Dei, dicta sunt.

Quod verò ad modū videndi creaturas in Deo, ex parte ipsius Beati cognoscētis attinet, duo cōsiderari possunt ad eam visionē creaturarū in verbo spectantia: ex quib⁹ proinde varius etiam modus eiusmodi visionis desumi potest; nimirum lumen ipsum gloriae, veluti habitus cōferens vim & facultatem videndi, ex dictis supra dub. 4. & visione ipsa. In quibus singulis cum nulla possibilis sit distinctio specifica, ut dictum supra dubio. 5. solū ad propositum consideranda venit differentia individualis & numerica; non ea quidem solum materialis, quo modo vnumquodq; indiuidū eiusdem speciei differt ab altero, quæ ad propositū, nihil facit; sed differentia individualis secundum intensionem, vel extensionem. Quæ duplex assignari potest. 1. per verum & reale augmentum extensuum intrinsecum ipsius luminis, aut visionis. 2. Per simplicem qualitatem, non habentem in seculis gradus extensionis, seu vllam extensionem intrinsecam, sed solum extrinsecam in ordine ad obiecta; ex ipsa tamen ratione sua indiuidua equipollente pluribus gradibus extensionis: Ex qua proinde diversitate individuali, exirendā erit ratio diueritatis illius, quæ est in diuersis beatis, respectu visionis creaturarū in verbo, vt inox particulatum sequentibus assertionibus declaro.

13  
Assertio VIII. Ut præter essentiam diuinā beatifica Visione videantur creature, non sufficit sola extrinseca Dei, aut ipsius beati voluntas; absque certa quadam perfectione seu intensiua, seu extensiua, intrinseca ipsius visionis. Ita contra Scotū in 3.d. 14.q. 2. Bonauenturā a. 2. q. 3. Marsiliū in 3. q. 10. Ferrariensem 3. cont. gent. c. 59. rectè docet Sotus in 4.d. 49.q. 3.a. 3. Molinahic q. 12.a. 8.d. 5. memb. 2. Suarez l. 2. c. 27. n. 16. & est communis Doctorum, quos citabimus: et si nonnulli quoque recentiores contrarium significant; quasi creature beatifica visione concomitanter videri possint, etiamsi antea non viderentur, ex sola Dei voluntate, per eandem visionem quædam reuelant, quæ antea non reuelabat.

Ratio assertoris est evidens: quia Deus solā sua voluntate extrinseca, si nihil interim à parte rei mutationis vspī interueniat, facere nō potest, vt causa formalis actu informans, diuerso tempore, alium & alium praefet effectum formalē: sed actu videndi est quasi causa formalis, à qua quis videns dicitur, eademque, vt supponitur, actu informatividentē: ergo impossibile est, vt pro solo arbitrio

Dei, diuerso tempore aliter & aliter videntem, constituat; si ipsa in se penitus inuariata maneat, nec vspī, vt supponimus, aliunde mutatio accidat. Et confirmatur; quia visio creata habet trascendentalem & realem relationem ad sua obiecta: ergo variatis obiectis, variatur ea relatio; adeoq; in se ipsa etiam intrinsecè realiter mutatur.

14  
Assertio IX. Intenso maior vel minor lumen gloria, aut visionis Dei immediate, nihil facit ad videntias creature in Deo; licet in certo genere obiectorum, ad eam mediate conferat. Prima pars est contra Bannem, Zumel & alios Thomistas recentiores hic q. 12. a. 8. qui docent, posse tam remissum esse gradum luminis & visionis Dei, vt per eam nulla in Deo creatura videri possit; è contra verò generatim tantò plus videri aint, quanto lumen est intensius. Sed hoc meritò refellunt Vazquez hic disp. 50. n. 17. Suarez lib. 2. cap. 26. n. 20. & 3. p. tomo 1. disp. 26. sect. 2. & Albertinus. tom. 1. princ. 1. Corol. 5. punct. 1. Vbi ex instituto probat, nihil obstare, quo minus per eundem gradum indiuisibilem intensionis, sufficientem ad videntiam essentiam diuinam, videantur omnes creature, quantum est ex vi intensionis præcise. Et ratio est clara; quia ad pluralitatem obiectorū per se nihil facit intensio actus. Et potest absolute fieri, vt beator, aut æquè beatus, cum intensiore, aut æquè intensa visione Dei, pauciora in Deo videat obiecta creata, quam alius æquè, aut minus beatus, vt dicetur dubio sequenti.

Secundam partem tradit S. Thomas hic q. 12. a. 8. vbi dicit eorum quæ DEVS facit, vel facere potest, tanto aliquis intellectus plura cognoscit, quanto perfeccius Deum vider. Er ad tertium ait: multitudo cognitorum in Deo consequitur modum videntis ipsum, vel magis perfectum, vel minus perfectum. Eadem est doctrina communis Theologorum, qui docent, in certo genere quemque Beatum, quo beator est, eò plura in Deo videre, vt patet dubio sequenti. Neque enim S. Thomæ doctrina vniuersaliter accipienda, vt satis patet ex responsō eiusdem ibidē ad quartum. Vnde probatur ea pars assertoris: quia cæteris paribus, semper ille qui beator est, plura in Deo videt, rebus creatis, vt patet dubio sequenti; atqui maior beatitudo consistit in maiori intensione visionis, vt dictum dub. 5. Ergo, &c. Cum autem illa maior intensio immedieat sibi faciat ad visionem creaturarum, aut pluralitatem obiectorum visionis, vt dictum; necesse est media-tita ad eam conferre, vt Deus iuxta proportionē eius, in eodem certo genere obiectorum, attem-peret ipsum lumen gloriae, adeoque visionē Dei secundū suam certā rationē indiuiduā, qua ad plura ciuiusmodi obiecta extendi possit, vt dicemus.

15  
Assertio X. Ratio propria & adæquata, cur aliquid & alia plures, vel pauciores creature videantur in Deo; est certa quædam perfectio individualis extensiua, tum ipsius Visionis, tum luminis gloriae; eamque verius est per se esse simplicem qualitatem; & expertem gradum extensionis. Ita Suarez cit. cap. 25. n. 49. & cap. 26. num. 22. & c. 27. nu. 29. Albertinus cit. Corol. 5. n. 7. & indicat Molina q. 12. a. 8. disp. 6. qui rectè docent, eam diuersitatem visionis creaturarum in Deo accidere imme-diate

diatè quidem, ob rationem individualem extensi-  
um cuiusque visionis, eam perfectonem habētis,  
vt ad tot, & non plura, hæc & nō alia obiecta crea-  
ta possit ferri; sive ratio illa individua consistat in  
certa quadam extensione intrinseca graduali ipsius  
visionis, vt absolute fieri posse rectè sentit Albertinus,  
(addens n. 9. gradus illos extensionis esse  
homogeneos, si fiat visio ex vi causa; secus si, vt  
ipse loquitur, speciali modo, ex vi visionis.) et si  
neget Suarez c. 27. n. 9. & c. 25. n. 45. ratus vni-  
uersim, eiusmodi gradus seu partes extensionis in  
habitibus, seu actibus esse impossibiles; cum ta-  
men contrarium etiam in philosophia videatur  
verius, vt dicetur tom. 2. d. 3. q. 1. dub. 4. atque  
etiam supra d. 1. q. 4. dub. 2. de vnitate Theologiae  
obiter indicauimus: sive ratio & perfectio illa  
individualis sit simplex entitas, vt vult Suarez, &  
approbat Albertinus Corol. 5. num. 7. & indicat  
Molina q. 12. a. 8. d. 6. mihius eriam magis pro-  
batur; tum quia hac ratione melius saluat modus  
videndi creaturas ex vi eiusdem individualis  
entitatis secundum extensionem; tum quia cum  
creatura non videantur in Verbo successiuè, vt  
patebit dub. sequenti, nulla est ratio cur assignen-  
tur eiusmodi gradus extensionis. Secus forte, si  
successione viderentur, vt rectè Albertinus ibidem.  
Tum quia id magis decet perfectionem visionis,  
qua quo simplicior est, eo magis accedit ad scien-  
tiam diuinam; cum præsertim alioqui expers sit  
compositionis mentalis, adeoque notitia plane,  
incomplexa, simul & apprehensiva simplicium,  
& iudicativa complexorum, vt ex communi Molina  
ibid. d. 6. cit. Tum quia cum & anima Christi,  
ex communione doctrina S. Thomæ 3. p. q. 10. a. 2. &  
anima cuiusvis Beati, secundum eundem S. Thomam  
3. cont. gent. c. 60. cognoscat infinita, faté-  
dum esset, aut necessariam esse gradualem exten-  
sionem infinitam in visione; quod tamen est im-  
possible; aut additione sola vnius gradus exten-  
sionis, tam in visione, qua in lumine, fieri, vt intel-  
lectus possit videre infinita, cum alias non posset;  
quod licet in simili concedat Molina d. 5. mem. 7.  
tamen plane videtur improbabile: sic enim nulla  
seruaretur proportio inter gradus extensionis ex  
parte visionis, & inter obiecta videnda.

Mediatè verò ratio eius diversitatis referenda  
est, ad similem diuersitatem individuum luminis  
gloria, vt rectè etiam indicat Bannes a. 3. ad 2.  
Molina lo. cit. & Suarez c. 24. n. 13. & c. 26. n. 22.  
non enim videtur credibile, existente alioqui suf-  
ficiente virtute ex parte intellectus, ad videndum  
omnia obiecta creata, Deum solo suo arbitratu,  
denegando concursum, restringere actum visionis  
secundum extensionem, ad certa duntaxat ob-  
iecta creata: id enim esset contra suauem disposi-  
tionem diuinæ prouidentiæ, & consuetum naturæ  
ordinem; quod tamen nescio an sentiat Albertinus.  
Ultimatè verò omnino referenda est hæc di-  
uersitas ad Deum, qui pro ratione meritorum, vel  
status cuiusque Beati, vt dicetur dubio sequenti,  
hoc vel illud lumen impertit; ex quo postea secundum  
proportionem hæc, & non alia sequitur vi-  
sio. Neque contra eam efficiunt quicquam obie-  
ctiones Vasquij cit. disp. 50.

Fateor tamen interim, probabiliter etiam dici  
posse, ipsam per se essentiam diuinam, ob suam  
infinitam & eminentissimam vim repræsentandi,  
esse liberè repræsentatiuam, tam decretorum li-  
berorum, quam eorum, quæ in ipsa continentur  
eminenter, etiam supposito lumine gloria, atque  
intellectu per id ipsum sufficienter in actu 1. in-  
structo, ad creaturas quaslibet in Deo videndas:  
ita vt quemadmodum Angelus aliquis non potest  
alteri<sup>9</sup> Angeli cogitationes naturaliter cognosce-  
re, nisi hic velit eas fieri manifestas; ipsis interim  
cognitionibus quæ cognoscuntur, & lumine na-  
turali, quo cognoscuntur, eodem modo se haben-  
tibus; ita etiam creatura non possint cognosci in  
Deo, nisi quas, & quot ipse Deus velit, etiam sup-  
posita ex parte intellectus, sufficienti virtute cog-  
noscendi; idque non per subtractionem quasi  
præternaturem debiti & ordinarij concursus,  
sed ea voluntate diuina, tanquam conditione ad  
ea videnda naturaliter requieta, vt in simili de  
Angelis docetur. Quod idcirco etiam ob simili-  
tudinem rationis, in primis de actibus liberis diu-  
na voluntatis videtur probabiliissimum, idemque  
indicit Bannes loco cit.

Et alia quo ad hoc est ratio luminis gloria quæ  
visionis, de qua assert. 8. actum est; quia lumine glo-  
ria non est causa formalis, sed efficiens visionis:  
Nec absurdum est, stante sufficiente vi ex parte  
causæ efficiens, eam pro arbitrio extrinseco alte-  
rius in actum reduci, aut secus, vt de locutione  
Angelica dictum. Neque etiam contra hoc pug-  
nant, quæ differit Suarez c. 24. n. 9. Atque eodem  
sensu admitti potest, quod dixit Scotus in 3. d. 14.  
q. 2. per visionem Dei, videri omnia in actu primo  
non autem in actu secundo: quamuis isti potius  
ad arbitrium videntis, quam ipsius Dei diuersitate  
rationis in actu secundo rejiciant, vt dicetur  
dubio sequenti. Eodemque modo intelligi potest  
illud ex Augustino, & alijs assert. 6. pronunciatiū,  
essentiam diuinam esse speculum voluntariorum.

Objicitur 1. In lumine fidei, & intellectus, dif-  
ferentia individuantur non efficiunt, vt Iacobus  
credat alios articulos, quam Iohannes, aut cognos-  
cat alias res naturales; potest enim fieri, vt non  
obstantibus differentiis individuantibus, ambo  
credant eosdem articulos, & intelligent easdem  
res naturales: Ergo etiam fieri poterit, vt beatio-  
nes, non obstantibus differentiis individuantibus  
ipsius luminis gloria, de quibus dictum, vi-  
deant easdem creaturens in Deo.

Respondeo, negando consequentiā: est enim  
diuersa ratio luminis gloria, & luminis fidei, ac in-  
tellectus. Nam vel per lumen naturale intellectus  
intelligitur vis ipsa naturalis potentia intelle-  
ctus; & hæc cum sit eiusdem rationis specificæ,  
nec in se augeri vel minui posit; in hominibus  
habet idem obiectum adæquatum, à quo specifi-  
catur; ac proinde non habet aliam latitudinem  
extensionis in uno homine, quam in alio. Aut  
intelligitur vis intelligendi habitus a: cuius natu-  
ralis & acquisiti; & tunc est aliqua paritas inter  
habitum illum, & lumen gloria; paritas quidem  
in eo, quod ex probabiliori philosophia, quam  
suppono, naturalis habitus habet aliquam latitu-  
dinem.

dinem non solum intensiuam, sed etiam extensiua, in ordine ad obiecta; ita ut habitus eiusmodi perfectus esse possit in ordine ad quædam obiecta sui generis, non autem ad omnia: sic enim sepe videmus Physicum, aut Mathematicum habere habitualē scientiam vnius conclusionis, & non alterius.

Qua ratione etiam suo modo visio & lumē gloriarē habent aliquam perfectionem extensiua, faltē simplicem & indiuisibilē, vt dictum. Disparitas est, quod non obstante certā & determinatā eiusmodi latitudine habitus naturalis, is qui prædit⁹ est eo habitu, potest vi naturali intellectus, etiam sine præsenti concursu habitus, vltra latitudinem extensiua, & obiectiuam præsuppositi habitus ferri: sicut etiā ab initio poterat naturali vi intellectus, ipsum habitum per actus comparare: at vero Beatus in gloria non potest vltra perfectionē seu intensiuam, seu extensiua luminis glorie videndo progredi; sed necessario intra limites perfectionis ipsius luminis, tam intensiuam, quam extensiua continetur.

Et ratio diuersitatis est, quia habitus naturalis non confert facultatem operandi simpliciter, sed solum faciliter; quo sit, vt potētia agendo superare possit efficaciam habitus: habitus autē supernaturales, in quibus est lumen gloriae, conferunt vim operandi simpliciter; vt in 1. 2. communiter doceatur: quo sit, vt nūl efficientia & concursus habitus supernaturalis aliunde supleatur, nunquā possit actus perfectionē habitus præexistentis excedere. Quia tamen in hac vita, iuxta ordinacionem Dei, homo ipsos etiam habitus supernaturales per actus dispositiue acquirere & augere potest, hinc sit, vt possit etiam vltra vires & perfectionem habitus supernaturalis præsuppositi operari, DEO tunc suppleto efficientiam habitus, vt ex 1. 2. suppono.

At vero in Patria, vbi iuxta legem Dei, non est locus profectui in gratia, & habitibus supernaturali bus, nunquam actus excedunt efficientiam & perfectionem præsuppositi habitus; adeoque nec visio perfectionem, seu extensiua, seu intensiuam luminis glorie. Quæ ipso etiam ratio disparitatis est inter habitum Fidei, & lumen glorie; cum nimis habens fidei habitum non restrin- gatur in credendo, absolute ad latitudinem seu perfectionem extensiua habitus præsuppositi; beatus autem in videndo restringetur ad perfectionem tam extensiua, quam intensiuam ipsius luminis, vt dictum.

Obiectur secundo. Si certa quedam individuialis perfectione extensiua necessaria est ad videndas creaturas, tum ex parte luminis glorie, tum præcipue ex parte visionis Dei, sequitur, creaturas nō videri in Deo proprie, & formaliter, & ex vi ipsius visionis: quia creaturae non videntur ex ipso, quod Deus videtur; alias enim cædem ab omnibus, & eodem modo viderentur.

Respondō, negando sequelam. Quia plane videntur vt repræsentatae per ipsum Verbum, seu Esse etiam diuinam; & ex vi eiusdem visionis, qua ipse videtur, non quidem præcise in genere, aut etiam secundum rationem suam specificam acce-

ptæ, sed huius, vel illius, quatenus in individuo est talis visio verbi; quod satis est; vt inter alios recte etiam docuit Gregorius de Valencia q. 12. p. 6. Neque enim S. Thomas, & qui cum illo defendunt visionem creaturarum, ex vi visionis Verbi, alio sensu eam defendunt, aut explicant; quandoquidē ex eius sententia constat, pro varia perfectione visionis, alia & alia, plura vel præciora in verbo videri, vt dicetur dub. seq. Ex quo inferre vellet, S. Thomam, & qui cum illo sentiunt, non docere visionem creaturarum in Verbo formaliter, aut ex vi visionis absurdum est. Cæteras vero obiectiones, que contra propositam doctrinam obici possent, dissoluimus dub. precedenti.

## D V B I V M X.

*Quæ, & quandonam à Beatis singularis in Verbo videantur.*

S. Thomas 1. p. q. 12. a. 8. & 10.

**H**Ac de re, omissis ijs, qui negant creaturas proprie & formaliter videri in Verbo, generaliter loquendo, sunt quinque Doctorū sententiae.

Prima est, quam refert Durandus in 4. d. 49. q. 3. beatos visione beatifici videri in Verbo omnia, quæ Deus ipse videt.

Secunda est, à quolibet beato in Deo videri creaturas omnes, tam in specie, quam individuo, secundum esse possibile; non vero secundum esse actualis existentia; etiam loquendo de ijs, quæ aliquando existentiam actualē habent, vel habuerunt. Ita Durandus loco cit. Bassilius q. 4. prolog. Goffredus quodlib. 6. q. 3.

Tertia sententia est, quam refert S. Thomas q. 20. de Verit. a. 4. & Durandus loco citat. omnes beatos videri in Deo particulariter omnia, quæ aliquando fuerunt, vel futura sunt; quæ adeo Deus scit scientiam visionis. Certe omnia eos videret, quæ sunt, apterè sentire videret Basilius lib. de vera Virgin. non longè post initium: *Virgo se ipsam primum, conscientiamq; suam reverebatur, etiamq; valde sit sola: deinde astantem sibi Custodem Angelum, &c.* Quid per singula pergam? ipsas Angelorum infinitas multitudines, & una sanctorum Patrum beatissimos spiritus. Nullus enim ex his est, qui non singula ubique consideret.

Quarta sententia est, à beatis in virtutis generē rerum tam existentium, quam possibilium cognosci omnia, adeoque infinita in actu primo, nō autem in actu secundo; ita nimis, vt quamvis nullus beatus infinita simul cognoscet, aut cognoscere possit in Verbo, eo quod ad hoc requiretur infinita attentio, quæ est impossibilis creaturæ; habitualiter tamen, adeoque successive, siue per idem lumen glorie, siue etiam per eandem visionem (vt Scotus indicat) posset quilibet cognoscere creaturas omnes & singulas, adeoque ex infinitis quilibet pro arbitrio. Ita Scotus in 3. dist. 14. quest. 2. Bonaventura artic. 2. quest. 3. Marsilius in 3. q. 10. a. 2. Guilielmus Varro, quem citat Gabriel in 3. d. 14. q. 1.

Quinta.

<sup>2</sup> Quinta sententia est, à beatis singulis in Verbo cognoscet, tum omnia mysteria fidei, tum genera & species rerum omnium existentium, adeoque ordinem totius Vniuersi; tum quæ præterea ad statum vniuersi que speciatim pertinent. Ita S. Thomas partim hic q. 12. art. 8. ad 4. & 3. cont. gent. cap. 19. partim in 3. p. q. 10. a. 2. & in 2. quæst. 83. art. 4. ad 2. & in 4. dist. 45. quæst. 3. art. 1. quam sententiam assertionibus sequentibus ita sigillatim exponimus, & tuemur.

Assertio I. Beati non vident, nec videre possunt, secundum ordinariam Dei legem, simul & distinctè omnia, quæ in Deo continentur eminenter, adeoque nec omnes creaturas. Ita contra primam sententiam S. Thomas hic quæst. 12. art. 8. & in 3. p. q. 10. art. 2. & communis sententia omnium Scholasticorum; qui idem pariter de anima Christi assertur, contra Arnaldum quendam, cuius opposita sententia in Hispanico Directorio Inquisitorum q. 11. refutatur uterronea; sed forte non tam secundum esse, quam vt procedens ex falso principio, de indistinctione naturarum in Christo, vt dicit Albertinus tom. 1. princip. 1. coroll. 4. n. 24. Certe oppositum huius assertionis, si de beatis in generale loquamur, non est tutum.

Probatur assertio 3. tum quia in ipsa scriptura, quandoque Angeli beati referuntur quædam ignorantes, vt patet Ilii. 63. v. 1. Daniel. 10. v. 13. Math. 24. v. 36. Tum quia Deus, sicut alias perfectiones suas, puta æternitatem, omnipotentiam, omnipresentiam, actualiter, & adæquatè non communicavit puræ creaturæ, etiam quod Esse participatum; ita par erat, ipsam etiam scientiam diuinam rotam & adæquatè non communicari; præterquam quod forte id etiam fieri nulla ratione potuit; de qua re, dub. 12.

Assertio II. Beati non vident, nec videre etiam possunt, secundum ordinariam Dei legem, simul & distinctè omnes creaturas, nec secundum Esse possibile, nec secundum Esse actualis existentiae. Ita contra secundam & tertiam sententiam S. Thomas cit. quæst. 12. art. 8. & in 3. p. quæst. 10. art. 2. Scotus in 3. dist. 14. Henricus quodlib. 7. quæst. 4. & 5. Capreolus in 4. dist. 49. quæst. 6. Sotus ibidem quæst. 3. art. 3. Paludanus quæst. 2. a. 2. & d. 45. quæst. 2. art. 3. Ferrarius 3. contra gent. cap. 59. 60. Caietanus, & recentiores Thomistæ hic q. 12. a. 8. Gregorius de Valentia quæst. 12. p. 6. Molina art. 8. disput. 5. Valquez disp. 50. cap. 8. & 9. Albertinus tom. 1. princ. 1. coroll. 5. Suarez hic lib. 2. cap. 2. 6. num. 10 & cap. 27. num. 3. adeoque communis Theologorum; qui tanquam peculiare priuilegium tribuunt animæ Christi, videre in Verbo omnia, quæ Deus scit scientia visionis, vt docetur 3. p. q. 10. art. 2. Excipio Scotum, & qui cum illo sentiunt, qui nec animæ Christi quidem hoc concedit, vt infinita, adeoque hæc omnia simul videat.

Ratio primæ partis potissima esse videtur; quia nullum suppetit eius rei argumentum. Addunt multis, & significat S. Thomas art. 7. & 8. quia ad hoc necesse foret comprehendere Dei essentiam, vel potentiam, quod tamen quam firmum sit, dubio ultimo dicetur. Addit Zumel hic quæst. 12. art. 8. oppositam Durandi sententiam esse errori proximam:

quod tamen durius videtur, Molina disp. 5. memb. 2. dicit esse falsissimam.

Secunda pars probatur primo ex Scriptura; in qua etiam beati Angeli introducuntur aliquando ignorantes quædam decreta, & ordinationes Dei, de rebus aliquando futuri; vt quando Isai. 63. vers. 1. querunt Angeli: *Quis est iste, qui venit de Edom, tintinnans vestibus de Bostra?* Item quando Daniel. 10. v. 13. unus Angelus restitit alteri etiam bono Angelo, vt habet melior interpretatio, ob ignoratam scilicet Dei voluntatem, circa dispositionem populi Israeliciti. Denique Math. 24. v. 36. dicitur: *De die autem illa, et hora, nemo scit, neq. Angeli calorum; nisi filius Pater.* Secundo eadem est expressa doctrina SS. Patrum, speciatim S. Dionysij cap. 7. Coelestis Hier. vbi docet Angelos inferiores illuminari a superioribus. Tertio nulla est auctoritas, vel ratio id asserendi.

Etsi vero nonnulli recentiores contrariam sententiam, ob addicta testimonia Scripturarum, damnant ut hereticam; id tamen neque S. Thomas, neque Durandus, dum eam sententiam referunt & recensent, fecerunt; & merito hæc censura tanquam iusto rigidor rejecitur a Suarez cap. 27. num. 3. cum oppositum nec sit definitum, nec citatis Scripturis facis conuincatur. Si enim aliquo loco conuinceretur, maximè illo Math. 24. sed hic non ita conuincit, vt explicatio, quæ ei pro opposita sententia adhiberi potest, sit heretica; cum simili modo etiam Marci 13. v. 3 i. legamus: *De die ante illam, et hora nemo scit, neq. Angeli in celo, neq. Filius, nisi Pater.* Et tamen negari non potest, Christum etiam secundum humanitatem sciuisse diem iudicij, vt suò loco docetur. Etsit tamen satis temerarium, hac in re, contra communem Doctorum sententiam pugnare; & vt Molina loquitur disp. 5. memb. 2. plusquam periculsum.

Assertio III. Beati nec successiue quidem in Verbo vident, aut videre possunt omnes, seu quasi libet creaturas. Ita ex communis contra Scotum, alioquin in quartâ sententia titatos, S. Thomas, aliisque citati pro præcedentia assertione, excepto Scoto. Probatur. Nam si ea Scotti, aliorumque sententia intelligatur, vt a multis intelligitur, de eadem numero, & undequaque invariata visione; tunc est plausibilis, vt dictum dub. præcedent. assert. i. & 8. & recte Suarez loco cit. & Molina cit. disput. 5. membr. 7. argument. 5. contra Scotum; si autem intelligatur solum de eodem lumine gloriæ, ipsa tamen interim visione variata, tamen si impossibilis non sit, parum tamen est probabilis. Tum quia visio beatifica semper est eadem; & invariabilis in Beatis, iuxta S. Augustinum committiter receptum lib. 15. de Trinitate, cap. 16. vbi de visione beatifica loquens: *Forta es, inquit, volubiles non erant nostri cogitationes, ab alijs in alias evantes, atq. reduntes, sed omnem scientiam nostram uno simul perfectu videbimus.* Quod idem assueranter docet lib. 12. Confess. cap. 13. Tum quia beatifica visio est operatio naturalis, & non libera, adeoque a libero arbitrio beatitudini independens. Tum quia cum visio beatifica eodem semper modo se habeat, saltem erga Deum, vt satetur Scotorum; creaturæ autem videantur in Deo, adeoque ex vi visionis Dei, non est verosimile, lumine gloriæ eodem modo se habentes, pro solo arbitratu ipsius beati, modo plura, modo

pauciora ex vi ipsius visionis Dei cognosci: & multo conuenientius est, vt supposita vi sufficienti videndi in beato, per lumen gloriae, in ipsius potius Dei arbitratu possum sit, quid in se velit ipse à beatis cognosci; quam in arbitratu beati, quid velit in ipso Deo è rebus creatis cognoscere, vt dub p̄ced dictum. Tum quia non est æquum, vt in perfectione videndi creaturas omnes, beati exæquentur Christo; quod tamen ex Scotti sententia consequens videtur.

<sup>5</sup> Afferio IV. Beati singuli in Verbo vident omnia mysteria fidei, in se, vel alij, in Ecclesia militante, credita; saltem quoad rationes specificas singulorum, vbi plura numero eiusdem rationis multiplicantur. Ita sentit S. Thomas supra 1 p̄ quæst. 1. art. 2. & 1. 2 quæst. 4 art. 3. & 2. 2. quæst. 1. art. 1. & communis antiquorum Scholasticorum in 4. disp. 49. ac Thomistarum omnium, præsternum recentiorum, hic, & locis citatis: quibus consentiunt Gregorius de Valencia quæst. 12. p. 6. Molina quæst. 1. 2. artie. 8. disput. 5. Suarez lib. 2. cap. 28. num. 2. & est conclusio magis pia, & satis certa, præsternum supposita visione creaturarum in Verbo.

Probarur assertio ex Scriptura i. Corinth. 13. vers. 9. Ex parte cognoscimus; & ex parte prophetamus. Cum autem venerit, quod perfectum est, evanescitur quod ex parte est. Et vers. 12. Videmus nunc per speculum in angmate; tunc autem facie ad faciem; de quo loco plura dub. 8. Item 2. Corinth. 3. vers. 18. In eandem imaginem transformamur à claritate (fidei) in claritatem scilicet visionis, seu contemplationis exterioris, ut loquitur Augustinus epistol. 112. Qui etiam lib. 20. de Ciuit. cap. 21. ait: Ibi videbimus, & gaudebit cor nostrum. Nec expreſſit, quid videbimus; sed quid, nisi Deum, ut impletatur in nobis promissum Evangelicum (Matth. 5.) Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: & omnia illa, que nunc non videamus; credentes autem pro modis capacitatis humanae, longe minus, quam sunt, atq; incomparabiliter cogitamus? Et videbitis, inquit, & gaudebit cor vestrum. Hic creditis, ibi videbitis, &c. Ratio est; quia huiusmodi visio est valde consentaneum præmium fidei; nec enim est quicquam, quod in Deo præmij loco rectius videatur, quam id, quod credendo, visionem Dei promeriti sumus. Accedit, quod mysterium Incarnationis, alias clare, & perfectè videiri non posset, si in ipso Deo non videretur; cum ex parte vnius termini, inuolat Verbum diuinum, quod propria & creata specie videri in se non potest, ex dictis dub. 2.

Dixi tamen, quoad rationes specificas, &c. Quia illa mysteria fidei, que sub se continent plura individua eiusdem rationis, ut est sacramentum Eucharistiae, Resurrectio mortuorum, &c. non est necessarie videri in omnibus individuis, ut recte Suarez num. 7. sed iuxta rationem specificam, vna cum aliquibus earum individuis, quæ vel præcipua fuerint, vel magis credita, vel magis ad statum beatitudinis spectantia: ut est v.g. omnibus his nominibus eximia, & singularis Resurrectio ipsius Christi; & sacramentum Eucharistiae, ab ipsomet celebratum in ultima cena. Etsi Molina infra ex simili facile concederet, simul etiam omnia hæc individua videri, ut dicemus.

Afferio V. Singuli etiam Beati in Verbo vident totam Vniversi machinam, saltem secundum rationem specificam, eiusque adeo compositionem & ordinem, omnesque species rerum, ex quibus constat, vel que in ipso facta fuerint, in quacunque temporis differentia. Ita S. Thomas hic quæst. 1. 2. num. 8. ad 4. & lib. 2. contra gentes, cap. 39. Ferrariensis ibidem, Sotus in 4. d. 49. quæst. 3. art. 3. Gregorius de Valencia cit. quæst. 1. 2. p. 6. Molina a. 8. d. 5. membr. 5. Suarez, & Thomista recentiores locis citatis. Idem sentit S. Augustinus supra dub. 8. citatus, afferens, ab Angelis cognitione intuitiva, adeoque in Verbo videri omnia opera sex dierum. Ratio est; tum quia hanc cognitionem homo naturaliter appetit, & planè pertinet ad perfectionem hominis, ut recte S. Thomas cit. art. 8. Tum quia hoc decet perfectionem eius status, etiam si cognitione creaturarum, ut sic non pertineat ad rationem obiecti beatifici; nec etiam beatiore reddat cognoscēt, ut iuxta communem notatit S. Thomas ibidem ad 4. ex S. Augustino lib. 5. Confess. cap. 4. vbi ait: Infelix homo, qui scit omnia illa, (scilicet creaturas;) se autem nescit. Beatus autem quite scit, etiam si illa nescit. Qui vero rete, & illa noscit, non propter illa beatior est, sed propter se solum beatus.

Addit S. Thomas lib. 3. contra gent. cap. 60. Beatos singulos vident in Verbo infinitas species figurarum, numerorum, & proportionum; quæ in infinitum possunt multiplicari. Quod verum est de cognitione quasi implicita, sita in ipsa quantitatistam continuæ, quam discreta, ac capacitatibz virtutisque intima penetratione: at de distincta cognitione infinitarum eiusmodi specierum videri potest dubium; non solum quia numerorum eiusmodi proportiones entia potius sunt rationis, quam realia: sed etiam quia beati non cognoscunt omnes omnino species rerum, sed eas solum, quæ aliquando existentiam habent, quales non sunt infinitæ illæ species numerorum.

Neque tamen interim negat S. Thomas hic quæst. 1. 2. artie. 8. ad 4. ut putauit Scotus in 3. distinct. 14. quæst. 2, aut illo modo negandum est, beatos simul etiam individua vlla cognoscere, ut recte etiam aduerterit Molina cit. disput. 5. membr. 3. & patet apud S. Thomam alij locis citatis; sed fatendum potius, beatos ex individuis simili visu tot & tantæ, quanta sufficiunt ad naturam specificam, eiusque varietatem perfectè cognoscendam, ut recte Suarez à numero 12. quidquid aliqui simpliciter negent, videri individua in Verbo. Imò Molina disput. 5. membr. 8. dicit, Beatos vident etiam infinita individua eius speciei, quam in Verbo cognoscunt; quod tamen non satis probatur.

Assertio VI. Singuli etiam beati in Verbo formaliter vident omnia contingentia, pertinentia ad suum statum, quæ quidem ab initio visionis cuiusque existentiam habent, aut habuerunt: cetera contingentia futura, in quibus sunt etiam preces, quæ ad unumquemque Sanctorum progressu temporis funduntur, probabilius existimo, à beatis singulis, nisi forte excellentia beatitudinis aliud postulet, in Verbo videri solum causaliter, ac per cognitionem à visione Verbi distinctam.

Priorem partem ex communi tradunt S. Thomas in 2. quæst. 83. art. 4. ad 2. & in 3. p. quæst. 10. art. 2. & in 4. d. 45 quæst. 3. art. 1. Ferratiensis lib. cont. gent. c. 59. Gabriel lect. 31. in Canonem. Capreolus, Paludanus, Maior in 4. d. 45. Sotus d. 49. quæst. 3. art. 3. Gregorius de Valentia hic quæst. 12. p. 6. Molina art. 8. disput. 5. memb. 3. Suarez lib. 2. cap. 28. num. 15. omnesque Thomistæ recentiores hic quæst. 12. art. 8. Idem significat Concilium Senonense in decreto fidei, cap. 13. vbi dicitur: *Beatis per viuum esse omniiforme illud diuinitatis speculum; in quo quidquid eorum interfit, illucescat.* Et S. Gregorius lib. 2. Moralium cap. 3. vbi ait: *Quid enim debet, qua scienda sunt, ne scimus, qui scientem omnia scimus?* Cui simile est illud 4. Dialog. cap. 33. *Quid est, quod ibi ne sciam, ubi scientem omnia, scimus?* Quod vulgo ita referti solet: *Quid est quod non vident, qui vident omnia, vident?* Ratio est; quia hæc cognitio possibilis est, & maxime decet perfectionem status beatu.

Secundam partem tradunt Durandus in 4. d. 45. quæst. 4. art. 2. Sotus cit. d 49 quæst. 3. art. 3. Caetanus 3. p. quæst. 10. art. 2. Bannes hic quæst. 12. art. 10. cum alijs quibusdam Thomistis; et si post S. Thomam in 2. 2. & in 4. locis citatis contrarium doceant Gabriel, Capreolus, Paludanus, Maior, Ferrariensis, Gregorius de Valentia locis cit. Molina d. 6. Suarez num. 18. & Caetanus in 2. 2. quæst. 83. art. 4. qui tamen postea, vt dictum, suam sententiam mutauit; quod & mihi quoque accidit. Licer enim quandoque oppositum docuerim; idque etiamnum probabile existimem; nunc tamen aliter sentio, ob rationes non parui momenti. Primo quia S. Augustinus lib. de cura pro mortuis cap. 15. & Hieronymus lib. contra Vigilantum, vbi ex instituto de orationibus Sanctorum agunt, nunquam docentes, eas videri à Beatis in Verbo, sed alios modos referunt: Augustinus quidem istos 1. relationem hominum, seu animarum ex hac vita decadentium, 2. relationem Angelorum. 3. peculiarem Dei revelationem. S. Hieronymus vero quod anime ipsæ mira quadam celeritate naturæ præsto sint ubiq; quod tamen non multum ad rem videtur facere, vt notauit Vasquez disput. 50. num. 58. Quod autem ex S. Gregorio lib. 12. Moralium, cap. 12. antea relatum, pro conditione subiectæ materiæ, intelligi potest de visione in Verbo causaliter.

Deinde si Sancti vident eiusmodi futurā contingitiam per visionem Verbi, aut vident statim ab initio visionis omnia; aut successivæ alia, & alia; posteriori asseritur quidem à Molina quæst. 12. art. 8. disput. 6. sed est aperte contra S. Thomam hic quæst. 12. art. 10. & contra rationem; quia visio Verbi non est variabilis, vt antea dictum: prius etiam non est verosimile; tum quia nullus vniuersum Sanctorum ab initio visionis vniuersum, ac in particulari, asseruit, beatos seire orationes futuras, quæ aliquando toto huius mundi decursu ad se essent effundendæ. Tum quia nec etiam est mens fidelium; quasi videberet beatiporum orationes intelligent prius, quam fiant. Quidam enim alioquin putent ordinariè exaudiiri etiam priusquam fiant, atque ita etiam tardent ad Deum suas preces in necessitate effunde-

re? Tum quia Daniel. 10. vers. 13. Angelus ille p̄fes regni Persarum, plane reseruit ignotasse, quæ circa statum futurum regni Persarum sibi commissi Deus disposerat. Alias enim resistere alteri Angelō non potuisset. Tum quia vt recte dixit Molina, disput. 6. durum est admirerē, S. Petruin, & alios summos Pontifices iam nunc cotispicere (& ab initio visionis, tot iam annis antea præteritis consperisse) totum decursum Ecclesiæ militantis. Hec enim dato, quanam ratione negari potest, eos à principio suæ beatitudinis scire, quando futura sit dies Iudicij?

Deinde si beati nunc vident omnes preces ad se aliquando fundendas, videbunt etiam preces illas, quas ad ipsos fundent iusti, in igne extrema conflagrationis positi: ac proinde cognoscunt rufum, quando futura sit dies extremi Iudicij. Præterea durum est, inquit idem Molina, admirere, beatos præscire, qui Viatorum ex ijs, cum quibus etiam alioquin ratione status aliquam coniunctionem habent, sint prædestinati, & quibus auxilijs atque operibus perducendi sint in vitam æternam; aliaque similia videre, quæ ad decursum Ecclesiæ pertinent, & circa quæ decursu temporis Angeli inferiores illuminari solent à superioribus, qui tunc immedia- tè notitiam illorum accipiunt. Multo minus existimandum, Angelos omnes ab initio mundi sciuisse, quibus hominibus essent addendi. Cultiodes; quidque circa singulos esset euenturum. Tum enim pariter etiam scirent diem Iudicij extremi. Denique facilius hac ratione explicatur, quomodo beatiores plura ex ijs, quæ sunt eminenter in Deo videant, quam alii.

Probabilius ergo videtur, beatos eiusmodi futura contingentia, adeoque & preces ad se fundendas non cognoscerre per visionem beatificam, sed per proprias & speciales revelationes Dei; supposita tamen visione Dei, iuxta legem diuinam, quasi debitas, vt dictum: et si fatear, etiam oppositam sententiam videri posse probabilem; in qua consequenter nihilominus dicendum, beatos aut non scire ab initio viatoris omnia; quæ ad suum statum pertinent, vt sentit Molina, aut non scire cum omnibus circumstantijs, à quibus particularis cognitione diei extremi iudicij depehderet. Dixi tamen in assertione nisi excellentiæ beatitudinis; nimisrum essentia lis, aliud posse; non est enim negandum, etiam de contingentibus futuris eo quemque beatum ab initio beatitudinis plura nosse, quo beatior est, vt dicitur assertione 7.

Nec improbabile est, beatos, si attendere velint, posse etiam naturaliter cognoscere, quæ hic in terris exterius geruntur, vt recte Suarez cit. cap. 28. num. 14. vbi etiam ita interpretatur illud S. Hieronymi contra Vigilantium, animas mira celeritate posse esse ubiq; videlicet per cognitionem; et si id negat Durandus loco cit. Ratio est; quia distantia objecti non impedit cognitionem, si principia cognoscendi adsint: adiuncta autem, quia credibile est, animas sanctas habere species insitas omnium istarum rerum naturalium, sicut habent Angelii, maxime post statum beatitudinis; vt etiam supponere videtur S. Gregorius lib. 12. Moralium, cap. 12. vbi ait; *beatos ita Dei, claritatem videre intus, ut quod*

*extra est, non ignorantibus; et si hoc fortasse olim in finu Abrahæ non habebant animæ sanctæ, iuxta S. Augustinum loco citat. & colligi potest ex quibusdam testimonij veteris testamenti apud eundem, ut recte Suarez ibidem. Atque in eundem sensum etiam videtur loqui S. Thomas 1 p. quæst. 89. artic. 8. vbi agens de cognitione naturali animalium, distinguit cum S. Gregorio inter animas beatas, & alias. Excipi debent cogitationes cordis, quas nulla ratione sibi manifestatas, nec Angeli, nec Sancti naturaliter & per se cognoscunt.*

**II** *Assertio VII. Quantum ad cætera, diuersa ab ijs, quæ vel à beatis omnibus in commune, vel ab unoquoque pro conditione status, particulatum cognoscuntur in Verbo, ut dictum, seu sint illa entia possibilia tantum, seu contingentia etiam futura, cò piura quisque cognoscet in Verbo, ex vi visionis, quò est beator; quoque adeo perfectius & intensius vider Deum. Ita S. Thomas hic quæst. 12. art. 8. & 3. p. quæst. 10. art. 2. & de veritate quæst. 8. art. 12. aliquæ citati omnes, ex communis. Ratio est: tum quia ceteris paribus conuenit, sanctiores etiam hoc accidentaliter præmio reliquis antecellere: tum quia per se loquendo, quò melius penetratur causa, copiæ plures in ipsa causa cognoscuntur effectus; id quod tam uix dicta superioris dub. 9. intelligendum; ut nimis non ex ipsa intentione visionis immediatè sequatur ea extensio visionis ad obiecta creatæ, sed ex ipsa perfectione individuali visionis & luminis. In specie vero talia sunt, tum naturæ, & reservariæ possibiles; tum etiam multa individualia rerum, praesentium, prateritarum, ac futurarum; ut exp̄. S. Thomas de verit. I. cit. et si de cogitationibus cordis, & complexionibus contingentibus negare videatur Molina q. 12. a. 8. disp. 5. memb. 6.*

*Assertio VIII. Beati omnia, quæ vident per visionem beatificam, vident simul, & ab initio visionis. Ita S. Thomas hic quæst. 12. art. 10. & quæst. 10. art. 5. ad 1. & 2. 2. quæst. 8. j. art. 4. ad 2. & 3. p. quæst. 10. art. 2. & in 4. distinct. 45. quæst. 3. art. 1. & quæst. 8. de verit. art. 12. vbi simul dicit, respectu ilius visionis perinde esse, quod res sit facta, vel futura. Idem docent Capreolus, & Paludanus eadem d. 45. Caietanus, Zumel, Bannes, aliquæ Thomistæ hic quæst. 12. art. 10. item Gregorius de Valentia punct. 6. Suarez lib. 2. de Deo, cap. 2. 7. et si contrarium doceant Bonaventurajn 3. d. 14. art. 2. quæst. 3. Scotus eadem distinct. quæst. 2. Marsilius in 3. quæst. 10. art. 2. & ex Thomistis, Ferrariensis 3. contra gentes, cap. 59. qui docent, futura contingentia, tum primum à Beatis in Verbo cognosci, cum sunt; quod etiam de contingentibus, quæ ad uniuscuiusque statum pertinent, sentit Molina q. 12. art. 8. d. 6.*

*Probatur assertio primò, ex S. Augustino, qui ita aperte videtur sentire, tum alibi, tum lib. 15. de Trinitate, cap. 16. licet quasi sub dubio: Fortissim, inquit, volubiles non erunt cogitationes nostræ, ut superioris citauimus assert. 3. Secundo probatur ratio ne. Tum quia omnia illa videntur, non per diueras species, sed per eandem Dei essentiam, sufficien tissimam ad omnia simul representanda, quæ est ratio S. Thomæ hic quæst. 12. art. 10. Tum quia si per visionem successiū alia viderentur, aut sie-*

*ret hoc per visionem in se interim penitus immutatam; aut fieret interueniente aliqua mutatione visionis: neutrum dici potest: non primum, licet asserratur à Ferrarensi loco citat. quia impossibile est, per eandem visionem vndeque immutatam aliquid videri, quod antea non videbatur, ut dictum dub. 9. assertione 8. Nec secundum; quia id non decet perfectionem visionis beatificæ. Neque in contrarium sunt argumenta alicuius momenti. Vbiunque ergo S. Thomas docet, Angelis, & animabus aliquid de nouo reuelari, id de revelationibus extra Verbum accipendum est; præterquam quod aliquando etiam de naturali solum cognitione agit, ut 1. p. quæst. 89. artic. 8. de quo etiam loquitur hic, quæst. 12. artic. 10. ad 2.*

*Ex quibus denique etiam colligitur, quidnam cognoscant beati per peculiares revelationes. Talia enim sunt pleraque contingentia futura; & in ijs etiam preces aliquando ad ipsos effundendæ, item modi quidam particulares rerum, quæ ad beatitudinem accidentalem beatorum pertinentia, ab ijs successiū cognoscuntur, ut recte Bannes cit. a 10. & ex parte Suarez lib. 2. c. 27. num. 18.*

## D V B I V M XI.

*Utrum per absolutam Dei potentiam à creato intellectu videri posset Deus non visa ullæ creaturae.*

Ad S. Thom. 1. p. q. 12. a. 8.

**D**E hac re sunt quinque Doctorum sententiae. Prima est, necessariò videri in Deo omnes creaturas secundum Essè possibile; cum ut sic necessariò repræsententur per essentiam diuinam; non item Essè actuale. Ita Bassolis quæstione quarta, prolog. articulo tertio. Goffredus quodlib. 6. quæst. 3.

Secunda sententia est, quam refert S. Thomas quæst. 10. de veritate, artic. 4. & Durandus in 3. distinct. 14. quæst. 2. omnes beatos videntes Deum, necessariò videre omnia, quæ aliquando fuerunt, vel futura sunt, quæque adeo Deus scit, scientia visionis.

Tertia sententia docet essentiam quidem diuinam, ut essentia absolute est, posse videri sine omni creatura, etiam in communi: at vero eandem, vnde idea est creaturarum, non posse videri, quin simul videantur creaturæ possibiles, quæ tales. Ita Henricus quodlib. q. 4. & 5.

Quarta sententia est, Creaturas saltem in genere, & sub concepitu communi entis creabilis, vel possibilis, necessariò videri à videntibus diuinam essentiam; quandoquidem quædam perfections sunt formaliter in Deo, quæ non videntur posse concipi sine habitudine ad creaturas, saltem in genere: quales sunt, non solum ratio Ideæ, ut existimâsse videtur Henricus, sed etiam Omnipotens,

tentia,

tentia, omnisciencia, omnipotencia, &c. item decreta de his aut illis rebus faciendis. Ita sentiuntur Molinahic quest. i. 2. art. 8. disp. 3. in fin. & disput. 5. memb. 2. item Suarez (cum tamen incertam, & dubiana assertens) lib. 2. de Deo cap. 26. num. 13. & 14. ubi citatur etiam Capreolum in 4. dist. 49. quest. 5. art. 3. Scrumibidem q. 3. a. 3. & modernos Thomistas, in quibus est Zumelhie q. 12. a. 8. & ex parte Barnes infra.

<sup>2</sup> Quinta sententia est, nullam creaturam etiam in communi necessariò (salem de absoluta Dei potentia) videri, ex vi visionis essentia diuinam. Ita prater Nominales, & alios, qui absolute negant creaturas videri in Verbo, per visionem beatitudinem relatos dub. 8. (in quibus Vasquez disput. 5. cap. 6.) sentiuntur Henricus loco citat. & Durandus in 3. d. 14. quest. 2. & in 4. d. 49. quest. 3. qui docet, ex natura quidem ipsius visionis necessariò sequi visionem omnium creaturarum possibilium, quæ possibles sunt, tamen de absoluta Dei potentia posse hanc visionem impediti, ita ut nulla videatur creatura. Eadem quintam sententiam recte Vasquez citat disput. 50. num. 6. sequuntur recentiores quidam, etiam ex ijs, qui alioquin concedunt, in Verbo formaliter videri creaturas. In quibus etiam videatur esse Barnes hic quest. 12. artic. 8. dub. vniq. ubi hanc ponit quintam conclusionem: Per absolutam DEI potentiam fieri posse, ut aliquis beatus clare intueatur diuinam essentiam, & tamen nullam in ipsa creaturam cognoscat: quam dicit esse communiter receptam, fere ab omnibus discipulis S. Thomæ. Et quamus inferius addat, hoc intelligendum de cognitione particulari & distincta creaturarum, cum in communi necessarium sit, cognoscere omnes creaturas possibles, iuxta quartam sententiam; tamen hoc solum intelligere videtur ex suppositione; positio videlicet, quod eiusmodi attributa dicentia ordinem ad Creaturas, sub ea formaliter ratione cognoscantur. Inferius enim respons. ad 2. ait, non esse necesse illa Dei attributa formaliter, quæ intrinsecus (iuxta nostrum modum concipiendi) important actualem respectum ad creaturas, ut est v. g. ratio Ideæ, cognosci visâ diuinâ essentiâ, ut proinde plane cum Henrico consentire videatur.

<sup>3</sup> Afferatio I. Visâ diuinâ essentiâ, non necessariò cognoscuntur creature omnes, nec possibles, quæ tales, nec aliquando existentes. Ita contra primam & secundam sententiam communis & certa Theologorum, ut dictum dub. precedent. assert. 1. & 2. ubi vitramque illam refutavimus, & simul rotarimus, secundam illam sententiam esse, periculosa in fide. Ratio à priori patet inferior assert. 2. Nec verò maior ratio est, cur essentia diuina representet necessariò creature secundum Esse possibile, quam facta semel suppositione determinationis diuinæ, representet easdem secundum Esse actualis existentias: si ergo etiam facta hac suppositione, non necessariò representantur creature omnes secundum Esse actuale; etiam non necessariò representabuntur omnes secundum Esse possibile.

Afferatio II. Probabilius videtur, secundum ab-

solutam Dei potentiam, videri posse essentiam diuinam, non visâ illâ creaturâ etiam in communi. Ita sentio cum authoribus quintæ sententiae. Probatur. Primo, quia Essentia diuina & ea, quæ in ea formaliter insunt, nullum plane ordinem seu relationem realem habent ad Creaturas, iuxta communem Doctorum sententiam; sed sunt res quædam absolutissima ab omni respectu reali; Ergo cognoscens Essentiam, & ea quæ in ea sunt, ut sunt à parte rei, quod sit pervisionem beatificam, non necessaria. Cognoscit illam habitudinem ad creaturas, & per consequens nec creatures.

<sup>4</sup> Secundo iam supra quest. 2. dub. 4. & hac quest. dub. 7. dictum est, videri quidem omnia, quæ sunt formaliter in Deo, prout in ipso sunt; sed nec ipsos beatos distinguere attributa, & perfectiones diuinæ ratione, prout nos distinguimus; nec necessariò videre, ut distincta per habitudinem, ad nostrum modum intelligendi, & rationem; atque respectus ille ad creaturas tantum contineat illis, per modum nostrum intelligendi, & rationem: ergo nulla ratio est, cur dicamus ab ipsis necessariò cognosci creaturas, ad quas secundum nostrum modum concipiendi, diuina quædam attributa necessariū dicunt respectum rationis.

Tertio, Essentia diuina non minus necessariam dicit habitudinem rationis ad creaturas secundum existentiam actualem, easque etiam in specie, ac individualiter acceptas, praesertim sub ratione gubernantis, conservantis, aut scientis scientiâ visionis, &c. quam ad possibles & in genere acceptas; sed non obstante illa habitudine, potest videri essentia, non cognita illâ creatura, ut actualiter existente, vel etiam in specie, ut rectè agnoscit quartæ sententia: non est enim ratio, cur hæc potius, quam illa, aut cur non omnes ita necessariò cognoscantur. Ergo, &c. Denique lux solis defacto videtur visione corporali & intuitiva, & tamen nulla creatura seu effectus in ea virtualiter contentus videtur, non solum sub ratione particulari, sed nec generali.

Assertio III. Secundum absolutam Dei potentiam, videri potest diuina essentia, non viso etiam vlo eius consilio, seu decreto libero, qua formaliter tale est. Ita prater autores relatios pro assertione praecedent, docet etiam Suarez lib. 2. capit. 34. num. 4. Probatur. Quia est eadem ratio singularum, quæ omnium; cum nullum ex ijs formaliter cognosci possit, non cogniti objecto; nec vlo ex ijs quicquam superaddat diuina essentia, nisi respectum rationis ad obiecta; quem non est necesse videri viso Deo, ut dictum.

Nec obstat his ratio quatuor sententiae, quia omnipotentia, & similia attributa, non dicuntur in trinsecum ordinem ad creaturas, ut sunt à parte rei, sed solum secundum rationem, & nostrum modum concipiendi: Etsi ergo cognoscantur videntur formaliter in Deo, & secundum totum illud Esse, quod habent in Deo, tamen cum à parte rei nullam habeant relationem ad creaturas, non necessario cognoscantur relata ad creaturas: esto cognoscantur sub ratione infinita cuiusdam potentiae actuæ, vel virtutis, &c. Quare etiam necesse non est, omnipotentiam à beatis visione beatifica-

cognosci formaliter, prout à nobis significatur nomine omnipotentiae, aut sub eo conceptu, quem de ipsa formamus; & sic de alijs. In quem sensum etiam Barnes art. 8. dub. vn. ad 2. ait, non esse necesse quod illa Dei attributa formalia, quae intrinsecè iuxta nostrum modum concipiendi important actualem respectum ad creaturas, ut est v.g. ratio Idee, cognoscantur visu diuina E-sensia: intellige sub ea formalitate, quam iuxta nostrum concipiendi modum habeant.

**Dices.** Aut secundum eam ipsam formaliter rationem, qua à nobis concipiuntur, sunt in Deo formaliter, aut non: si non sunt; cum tamen esse nos concipiamus, falsæ erunt conceptiones nostre: si sunt; ergo ita etiam necessariò à beatis concipi debent; à quibus proinde etiam non sine respectu ad creaturas concipi modo poterunt.

Répondeo, non esse aequaliter secundum omnem rationem formaliter in Deo; quia dicunt etiam respectum rationis, qui vtique in Deo formaliter non est: neque tamen propterea falsa est concepcionis nostra; quia eti⁹ concipiendo illa attributa necessariò formemus & concipiamus illam respectum rationis, non tamē conceptione nostra respectum illum Deo ita attribuimus, vt in Deo formaliter esse concipiamus, vt pote quem extrinsecè solum ei applicamus. Nec alius inde demum efficitur, quam nos non habere proprios & adæquatos conceptus essentiæ, & attributorum diuinorum; quod verisimilium est, & à sanctis Patribus saepius decantatum; qui propterea saepius dicunt, Deum à nobis cognosci & enuntiari verius negando, quam affirmando, vt dictum quest. hac. dub. 1. & magis patebit quæst. seq.

## DVBIVM XII.

*Utrum secundum absolutam Dei potentiam ab intellectu creato videri possint omnia, que in Deo sunt eminenter.*

S. Thom. 1. p. q. 12. a. 7.

**H**ac de re sunt quatuor sententiae. Prima vniuersim negat, ab intellectu creato distinctori videri posse omnia, quæ sunt in Deo eminenter, siue sermo sit de cognitione extra Verbum, siue de cognitione in Verbo. Ita Ockam in 3. d. 14. quem sequuntur alij Nominales ibidem. Idem videtur sentire S. Thomas hic quest. 12. art. 2. & 8. item Caetanus, Barnes, Zumelibidem, Molina art. 8. disput. 2. Huc etiam spectant Scotus, Bonaventura, Marsilius, & Varro citati dub. 10. in 4. sententiar. qui negant, posse vlo modo à creato intellectu simul infinita cognosci.

Secunda sententia negat, posse videri ex vi visionis in Verbo; alio verò cognitionis modo concedit. Ita Suarez lib. 2. de Deo c. 29. num. 8. Vasquez disp. 49. cap. 2. & disp. 53. num. 17.

Tertia sententia ad propositionem distinguat triplicem cognitionem creaturarum omnium, siue omnium, quæ sunt in Deo eminenter. Primam vo-

cat cognitionem creaturarum in Verbo extensuam tantum; quæ videlicet non oritur ex vi Causæ, intensius & clarius penetratæ; sed absolute habet per extensionem visionis ad omnes creaturas possibles. Secundam vocat cognitionem creaturarum in eodem Verbo intensuam, quam etiam peculiariter vocat ex vi visionis Verbi; quæ nimurum fit per maiorem penetrationem Dei, tanquam Causæ. Tertiam constituit adeo perfectam, vt per eam non solum cognoscantur perfectiones intrinsecæ creaturarum, sed etiam distinctè omnes rationes, ac modi possibles earum, seu quos Deus potest facere in ipsis. Primam & secundam concedit esse possibilem secundum potentiam absolutam; esto requiratur ad eas lumen creatum infinitum, seu quoad extensionem, seu intensionem. Non enim putat implicare contradictionem tale infinitum, in quo partes non sint actualiter separatae, seu actu una extraliam, & ab alia diuisa; quoniam ad primam illam cognitionem tripla putat sufficere lumen & cognitionem finitam, etiam simplicem, & cuiusvis minimæ intensionis, æquivalentem infinitis gradibus extensionis. Tertium vero Cognitionis modum in creato intellectu, simpliciter docet implicare contradictionem, quod ad eum requiratur in reata perfectio. Ita docet Albertinus tom. 1. princip. 1. corollar. 4. p. 9. 10. & 11. & corollar. 5. punct. 1. & 3.

Quarta sententia simpliciter affirmat, de potentia Dei absoluta videri posse à creato intellectu omnes creaturas possibles, seu in Verbo, seu extra Verbum. Ita præter Arnaldum relatum dub. 10. sententia apud Durandum in 4. d. 49. quest. 3. & Bonauenturam in 3. d. 14. artic. 2. quest. 3. illi, qui id de facto tribuerunt, aut omnibus beatis, aut falso animæ Christi; quibus non nihil faverit Gabriel in 3. d. 14. quest. vnic. art. 2. concl. 1. & referuntur etiam à Suarez in 3. p. tom. 1. d. 26. seqq. 3. in eandem sententiam Magister & Albertus in 3. d. 14. & Altissodorensis lib. 3. sum. tract. 1. quest. 5. Gregorius autem de Valentia hic quest. 12. p. 6. licet illam auctorum sententiam, quatenus de facto loquitur, censeat esse temerariam; tamen loquendo solum de absoluta Dei potentia, non est alienus ab ea sententia, quæ concedit id posse fieri. Et fateor quidem cum Bannehic quest. 12. art. 8. Suarez cit. 3. p. d. 26. seq. 2. & Albertino loco cit. hoc sensu esse rem parum certam; dicam tamen quod mihi probabilius videatur.

**Assertio I.** Per visionem extra Verbum non possunt creature omnes possibles simul cognosci. Ita auctores primæ sententiae, contra secundam, tertiam, & quartam sententiam. Probatur. Quia aut visio hæc fieret per lumen & visionem infinitè extensam, aut intensem; vel per lumen, & visionem, altioris ordinis, quam sit modo lumen gloriae, & visio beatifica: sed nihil horum potest dici. Non primum, vel secundum; quia infinitum actu non minus implicat in graduali extensione, vel intensione qualitatibus, quod pares non communiantes, quamvis quantitate, vel numero, vt dictum supra quest. 4. & supponit S. Thomas hic quest. 12. art. 7. & passim alibi.

Nec tertium: quia omnium sententiæ lumen glo-

riæ & visio beatifica, est altissimi ordinis specifici, oblationem suam, & obiectum formale eminentissimum. Quod si videri possent distinctè omnes perfections intrinsecæ creaturarum possibles, nihil obstaret, quo minus distinctè videri possent omnes etiam rationes ac modi possibles earundem, seu quas Deus facere potest in ipsis, quicquid teria sententia dixerit: non solum quia illi ipsi modi possibles pertinent ad censum, seu numerum creaturarum omnium possibilium: ita quidem vñetsi respectu animalium creaturatum v.g. substantiarum, sint perfections extrinsecæ, in se ipsis tamen intrinsecæ, sint perfections quædam creatæ; sed etiam quia si ad ipsam infinitatem naturarum possibilium sufficit lumen & cognitio creaæ, esto infinita secundum extensionem vel intentionem, qualem esse possibilem sententia illa fatetur; cur non sufficit, ad illos etiam modos possibles alia adhuc perfectior saltem secundum individuam rationem.

**A**ssertio II. Probabilius videtur etiam implicare contradictionem, omnium creaturarum, seu existentium, seu possibilium visionem in ipso Deo seu Verbo. Hæc est aperta, & indubitate sententia S. Thomæ hic q. 12. a. 8. & communis aliorum, quos citauimus pro prima & secunda sententia, contraria & quartam sententiam. Rationem quasi a priori adferit S. Thomas; quia ad hoc ut omnes effectus cognoscantur in causa, necesse est causam ipsam totaliter comprehendere; adeoq; cognoscere tam perfecta cognitione, quam ipsa est ex se cognoscibilis: siquidem eo plura cognoscuntur in causa, quo causa perfectius cognoscitur, & è contrario: Ergo etiam ad hoc, ut omnes effectus, qui in Deo eminenter continentur, cognoscantur, necesse est, Deum comprehendere: at hoc est impossibile creato intellectu; requireretur enim lumen & visio infinita, ut proba-

tum est dub. 6. Ergo etiam impossibile est ipsi, omnes effectus, seu creaturas possibles, quæ in Deo eminenter continentur, cognoscere.

Et sanè firmum hoc esset argumentum: si vel incomprehensibilitas Dei in eo consisteret, quod non possint omnia cognosci ab intellectu creato, quæ sunt in Deo eminenter; vel si creaturæ in Deo cognosci non possint, nisi vel per extensionem, vel intentionem formalem & intrinsecam ipsius visionis & luminis. At quia nos supra dub. 9. docuimus, neutrum esse necessarium, ideo Albertinus loc. cit. & alij quidam simpliciter asserunt, id argumentum non concludere.

Ego vero existimō, ita rectè posse confirmari Nam si aliquæ visio Dei creatæ, non comprehensiva ad hoc sufficeret, ea vel debet esse infinita secundum intentionem, vel extensionem, vt fatetur Albertinus; aut finita altioris ordinis, & diversæ speciei, vel saltem summè perfecta, iuxta eam rationem & perfectionem individuam, ex qua oritur extensio visionis Dei ad obiecta creatæ: sed nihil horum est possibile; vt de prioribus tribus partibus iam antea dictum; de quarta probatur. Tum quia per se incredibile videtur, visionem & lumen tam intensa perfectionis solo numero differre à reliquis. Tum quia qualibet data visione, potest dari perfectior individuus, etiam scelus eius intentione vel extensione; alioqui exhausta esset quodammodo potentia Dei, in hoc ordine rerum. Tum quia perfectio hæc individualis imitatur extensionem gradualem, quæ nulla suprema possibilis dati potest; Ergo nulla visio ad id sufficit, nisi in creatæ & comprehensiva, quæ solus Dei propria est Ratio à posteriori est; quia si talis visio esset possibilis, tū re ipsa fuisse communicata Christo; nulla enim erat causa, cur ei negaretur, si possibilis est, ut rectè Suarez 3. p. loc. cit.

6

## QVÆSTIO VII.

### De Ineffabilitate, ac Nominibus Dei.

S. Thomas 1. p. q. 13. aa. 12.

**A**bsolutus habet questio quinque dubitationibus. I. An ē qua ratione Deus sit ineffabilis; & quænam sit diuinorum nominum distributio & varietas. II. An ē quænam nominum de Deo dicantur substantialiter, & ab eterno, vel ex tempore. III. An communia Deo & creaturis nomina, de virtutisque diuinocè, an solum equinoce vel analogicè prædicentur. IV. An ē Deus possit aliquo nomine significari quidditatius. V. Quodnam nomen sit maximè proprium Dei, taterisque præstantius, & virum nomen Dei Tetragrammaton idem sit cum Dei nomine, Qui est.

#### D V B I V M . I.

**A**n, ē qua ratione Deus sit ineffabilis; & quænam sit diuinorum nominum distributio & varietas.

S. Thomas 1. p. q. 13. a. 3. 3. 4. 12.

**Q**uemadmodum incomprehensibilitatem præcedenti questione diximus constitutæ pro-

prium ac peculiare Dei attributum; ita hoc idem patiter etiam sentiendum est de Ineffabilitate, quæ incomprehensibilitatem sequitur; sicut nominis rerum concepit⁹ ac notitia earundem sunt posteriora. Ad hanc ineffabilitatem Def explicandam, & utruiusvis cognoscatur, qua ratione Deus nominari possit, aut non possit, sequentes statuæ assertiones.

**A**ssertio I. Deus verè est aliquo modo nobis, omnique creaturæ ineffabilis. Ita S. Thomas q. 13.